

rint hominū seculariū: nam Henricus Polaborū comes, dīmidiū decimæ acccepit ab ecclesia in beneficiū, nostri uocant feudum. Idem Adolphus comes, si res prosperabitur, facturus uidebatur. Episcopus populi duriciā retulit ad duce. Ille sub obtentu gratię, Holsatis, & omnibus in terra Wa griorē cōsidentibus, precepit: ut ad exemplū Polaborē, & Obotritorē, legitima persoluant ecclesię: cūq; in camino tribulationis sedentes pareant, cur non etiā in tranquillitate agētes, obtemperet. Illi obstinatis animis, nunq; parituros, responderūt: malle se incensis edibus emigrare, q; se ac filios, in perpetuā mittant seruitutē. Grauius etiā aliquid cogitabant: Episco po, & omnibus qui urgeret occisis, transfugere in Daniā: fecissentq; qd minabantur, nisi protinus obstitisset, noua nuper interposita regis ac ducis pactio: quę inter alia hoc continebat: q; neuter alterius terre profugos reçoepit. Angustati ergo Holsati, talem cum pontifice, in ducis presentia fecere cōventionē: ut de manso sex modios siliginis, & octo solueret haue nę: eius mēsure, quā uulgo dixere Hymten. Et ne futuris temporibus nos uis, a pontificibus sequuturis, onerent angarijs, & perangarijs. Hanc aut conuentionē, scripto editam, postularunt literis & sigillis, ducis, & episco pi, roborari: Sed cum notarij marcā auri deposcerent, Holsatīq; dare recu sarent, res mansit ut erat: nullis literarē documentis, firmata: interueniēsc; mors properata pōtificis, rem liquit non ad plenum resolutam: presertim q; bellorē noui motus, ab Obotritis nunciarentur.

FINIT LIBER III.

INCIPIT LIBER .V.

Ribislaus, & Werislaus, germani fratres, Nicloti Obotritorum principis, filii, non contenti terra Kissinorē (ea est ultra Wernouiam, ad Panim usq; fluuum) ad recu perandam Obotritorum prouinciam, aspirabāt. Quo rum molitiones Guncelinus Zwerini p̄fectus compertas habēs, sine dilatione duci nunciauit. Ille mox un dic̄ contractis uiribus, priusq; hostes inualescerent: du

Filiū Nicloti
studēt noui
cūtibus.

p

xit in eos: p̄mittens Guncelinum, cum expedita manu, qui arcem Werlo, in quam se hostes recōperant, obsidionem ibi toleraturi, circumualla ret. Erat in eo pr̄sidio Werislaus. Frater autem cum expeditis equitibus nemora tenuit: excursurus, ubi cōmodum uidebatur. Placuit duci, q; ho stes obsidionem paterētur: certissimo, q; exinde caperent. Obsedit arcem: Et egressi iuuenes, missilibus certauere, graui satis labore atq; periculo, quibus dux ait. Quid est, q; prodigi sanguinis, exurritis, uulnera sine fructu excipiētes: quin potius sedete in tabernaculis quieti: fames pugnabit, nobis ad omnia quiescētib;: nā importari nihil poterat: & erat inclusa in gēs nobiliū, & plebis multitudo: iussit ligna cōportari, ad faciēdas machi

Fames pu gnabat.

Fit precepū
de soluēdis
iurib; ecclesie

Pactio de nō
recipiendis
emigrātib;

Noui mot
belli.

nas, quales in expugnatione uidisset Mediolani: Erat Arieti prime nomē: Ea cōuellendis muris seruiebat: Altera erecta in sublime, turris in morem iacula desuper emisit in hostē. Qua territi, ne caput proferre sunt ausi Wā dali. Werlaus enim uulnus accēpit ex missili. Pribislaus autem excursiones fecit de insidijs, prēlia leuia multa cōficiens: Visus est aliquādo cum turma Pribislaus. Mitti Adolphus comes cum promptissimis ad requiē rendū eum: sed duxor Wandalus, quēsito, q̄ querētibus affectior, duxit in errore inuestigātes, per inuia, & paludes, tota die sine fructu defatigatos. Dux autē precepit, ne quoq̄ milites digredierentur a castris, q̄ hostes armati cōspicerentur. Holsati autē, ut sunt ceruicosi, ducis preceptū negligētes, exierūt: In quos ex cōmodo dicens Pribislaus, tam dimicauit ardēter, ac proinde: ut centū ex eis uiros prosterneret, reliquis in caltra refugientibus. Qua de re dux acrius ira stimulatus, feruētius urget obsidionē: iamq̄ munimēta portarē uacillare cōperūt, minātia ruinā. Nam suffosione laborabāt obsidētes. Tum Werlaus posita meliore, euocauit, interposita fide, comitē Adolphū, ab eo consilia deposita rerū pene perditā. Cui comes: Sera prope tua est consultatio, uelut morituri de proximo, tum primū de medicina cogitantis. Recte tibi consuluisse si in suum tempus petisses cōsilīa. Q̄uis te coēgit obsidionis tolerare discrimē? Magne fuit imprudentiē ponere pedem in neruo, ubi nullū erat diuerticulū, nulla spes euadendi. Q̄uis tibi nunc aliud potest prebere consilīū, nisi qđ res ipsa, & extremū suadet periculum: uictori te, tuac̄ dedere: preter hoc non est alia tibi nunc uia salutis. Cui Werlaus: Pro tua quēlo integritatē interpone te duci, atc̄ mihi, ut deditio si necessaria est, sit etiam ex fide: ut uitē & mēbroꝝ incolumitas mihi certa spes sit. Fecit comes quod petebātur, & facile apud ducem impetravit, ut deditis uita incolumis permitteatur: ita tamē si & Pribislaus ab armis discedat. Ergo comitis acceptā fide egrediūt de munitione Werlaus, & nobiles quiq̄, iam dediti: qui ad genua ducis prouoluti, ueniam deprecātur: Dux acceptos reclusit in custodiā: Precepit autē, ut Dani captiui, quos illi multos incluserāt, laxarentur. Et exīt multitudo magna captorꝝ, duci liberatori suo, uitā & uictoriā imprecātes. Porro, arcem & uulgus ignobile, dux iussit afferuari, preficiens Lubemarū, Nicloti germanū fratrem: ut precesset terre & faceret imperata: Werlaus secum duxit Brunswicū, & astrinxit eum manicis ferreis: ceteros uero per custodias iussit dissipari. Pribislaus, interpositis idoneis apud ducem nuncijs, animū eius pertentauit, si possit germanum educere uinculis, & de legibus pacis agi iussit: Dux multiplicem obtēdit petenti perfidiā: nisi preberet obsides, nihil se credere paciscenti. Ad quē Pribislaus: Quid est opus domino poscere ex seruis, quos in potestate tenet obsides: presertim cum teneat germanū, multorū mihi charissimorū, charissimū. Sit ille cū cōcaptiuis ex capto obſes: Q̄ si temerauerim⁹ promissam fidem, abutā illis dñs noster pro arbitrio: Accēpit dux conditōne, inde terra pacē sensit: Dux autē arces pridē acceptas firmauit: Malchow, llow, Zwerin, Dobin, Magnopolim.

CA. II.

Machinarū
genera.

Dux falax.

Dux irascit

Cōsultatio
deditio-Dux cōsen-
tit i deditio
nem.Captiui ue-
niā petunt.Werlaus duci-
tur Brūswi-
cum.Dux cōditi-
ones accop-
tat.

Archieps de
dicat ecclesiā
Lubicenī.

Ix peracta fuit hoc tempore, nouę Lubicensis ecclesiæ dedicatio,
per archiepiscopū Hartwicū, presente duce ac comite Adolpho,
singulis pro cuiusq; opibus magnifice oblationē faciētibus: quā

uix impleta, Geroldus episcopus cœpit uiribus corporis repente destitui:
sentiens sibi adesse diē nouissimū: nec tñ destitit operi diuino manū dare.
In psalmodijs uir erat incomparabilis, qui nullā sine fructu, uel orationis,
uel p̄ij operis sinebat horū preterire. Adierūt cōsolādi gratia egrotantem
Odo Lubicensis decanus, Ludolphus Zegebergen. præpositus, ceteriq;
magis ab illo cōsolationē reportātes, q̄ illi p̄feret es. Cūq; illi facerēt spem
uitae longioris: meliora, inquit, dicite: quod aliquid futurū est, cur non ho-
die? Lecturus psalmū, apprehēdit codicē: & forte reperit psalmū istū: Læ-
tatus sum in his, quę dicta sunt mihi; in domū Dñi ibimus. Tum suspira-
būdus, oculis in cœlū sublatis, defectū spiritū pati uidebaſ: & oleo inde sa-
cro delibutus, spiritū efflauit: tumulatus in ecclesia nouella, quā ipse extru-
xit. Vacauit autē sedes, ad presentiā usq; ducis: ex cui⁹ solius uoto, res tum
omnes pendebāt. Rebus ille in Bauaria cōpositis, Luneburgū arcē peti-
uit in Saxonia: ibiq; clerū Lubicēsem iussit cōuenire: cui dederat pōtificē
Conradū, Geroldi germanū fratrē, abbatē in Reddageshusen. Quę res,
licet archiepiscopo, & omni Lubicensi capitulo, non placeret, p̄eualuit tñ
ducis uoluntas: cui nemo potuit refragari. Reccepit ille consecrationē de
manu Hartwici archiepiscopi, in opido Stadensi. Pollebat autē literatura,
facundia, affabilitate: multis preterea donis, quibus dignā personā super-
uestīrī decorū est: Sed pulchrā uirtutū superficiē deformabat, ut est apud
Hilmoldū, insanabilis quædā morum impetigo, mobilitas animi, facilitas
uerbor̄, quę nūq; in eo persistebat: dissidēs ipse secū, nihil ex cōfilio faci-
ebat, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiēs: clero, quem
in tenella reperit ecclesia, magna primū seueritate est abusus, incipiēs a pri-
mis usq; ad nouissimos, qui rus habitabāt: bona sacerdotū omniū sua esse
dicebat: non quasi fratres, sed ut seruos reputās omnes. Si quę fratrē forte
pulsare cōpīsset, non legitima uacatione, non tēporis uel loci habita rati-
one, necq; capituli sentētia usus est: sed ad placitū, quos grauare uoluisset,
aut suspēdit officio, aut eliminauit ab ecclesia. Cōmonit⁹ a duce, nihil re-
missi⁹ agebat: sed alienauit se a duce: & cōfoederat⁹ est archiepiscopo, qua-
tin⁹ cōiunctis uiribus facil⁹ reuincerēt omnē resistētē. Cum primū ad iu-
ra pōtificij cōfērat⁹ esset, maneretq; in Horeborg cum archiepiscopo, or-
tā est tempestas maxima uētor̄, procella fulgurū, coruscatio, & fragor to-
nitri, quę passim multas ædes uel incēdit, uel subruit. Insuper tāta maris
inundatio est suborta, quāta nō est audita a diebus antiquis, quę inuoluit
omnē terrā maritimā Phrisiæ, & Hadeleriæ, & omnē terram limosam atq;
palustrē Albis & Visurgi, nūc Weserā uocāt. Subuersa tum perierūt ho-
minū multa millia, & iumēta sine numero. Quāti diuites, quāti potētes ue-
spere sedebāt, & delicij affluebant, omni timore malorū sublato. Sed ue-
niēs repentina calamitas, inuoluit res in medijs fluctib⁹: Erat autē XIII.
Calend. Marcij, de mense Februario.

CA. III.

Gerold⁹ epi-
scopo.

Conrad⁹ sur-
rogatur.

Conradi uir-
tutes.

Vitia eiusde-

Alienauit se
a Duce.

Tempestas
maxima.

Aquarū in
undatio.

Vm ea calamitas maritimis īcidit, eadem die Magnopolis urbs
prima Obotitorꝝ, non minori laborat afflictione, per hanc occa-
sionē. Werlaus princeps Pribislai frater, dum in uinculis ageret
Brūswici, fratri per fidissimos mādat, atq; remādat: En ego uinculis astrin-
gor, & nulla tibi mei cura remansit: fastidiū carceris, & uinculorꝝ, horas
me faciunt omnes dinumerare: tu inter hęc libertate frueris, uoluptate ac
delicijs defluens, obliuisceris germani, ego tibi cōmutata uice alium exhi-
berē fratrē: Si nostra te cōmouere possunt exempla, reminiscere, quia pa-
rens noster, dum in carcere Luneburgi ageret, cum arma corriperemus,
mox ille dimissus ad libertatē redīt: Experciscere, & uirū te memineōis,
patris iniuria, fratris calamitas, & omnis generis oppressio, te cōmoueat
in ultionē. His atq; similibus stimulis, actus Pribislaus, copijs clam coa-
ctis, duxit in Magnopolim, urbem primā Obotitorꝝ. Aberat tum forte
loci prefectus Hēricus de Scaten: Wādali cinxere clausam; Obsidione fir-
mata, alloquitur Pribislaus obcessos: Quāta mihi ac generi meo irrogata
sit iniuria, uiri, non ignoratis: Cēsus parēs, captus frater, adempta heredi-
tas, quam tenetis uiolēti: uires uestras atq; meas cernitis, longe uobis au-
xiliū, in manu mea cōclusos teneo; do tantū optionē: e duobus unū acci-
pite; aut munitione decedit, cū uestibus, & armis, & rebus, quas ferre po-
teritis innoxij: fidem prēbeo, deditos nihil mali passuros, qui egrediūtur:
Sin perstiteritis, per quicquid est sanctū iuro, omnes sine discrimine mo-
rituros. Ad ea qui inerāt Teutonici, non uerba, sed tela referebāt: Ille aut̄
obsidionē perurgens, grauius multis in locis oppugnabat: loci magnitu-
do, facilem fecit oppugnātibꝝ uictorię uiā: Dum hic pugnat alibi trāscen-
so uallo munitio capit. Wandali, capta urbe, quicquid Teutonici nomi-
nis fit obuiū, obtruncatur sine discrimine sexus, & etatis. Celeritate usus
Pribislaus, mox duxit in Ilow: Ipse cum expeditioribꝝ precedēs. Gūceli-
nus Zuerini prefectꝝ motum sentiens, ipse cum aliquot armatis accurrit,
hostemq; praeueniens, opidum ingreditur: Suos & quos ibi Germanos
reperit, adhortatus: ut egressi Pribislaū excipient, priusq; accedant copiē,
quas sciebat sequuturas; facile esse, fessum de cēde, quā fecerat, opprimere:
Alia mens erat ceterorꝝ. Senserūt enim mox a tergo opidū a Wandalis,
qui intus erant, obseratū iri, si egrediant̄: Sciebāt gentis morē, q; congen-
tilibus suis, summo studio fauerēt. Tum Guncelinus cōuersus in omnes,
clara uoce dicebat, ut a Wandalis audiretur: Audite cōmilitones: si ullam
fraudem persenseritis eorꝝ, qui nobiscū agunt Wādalorꝝ; in eos conuersi,
primū in illos uindicetis, succensis etiam domibus, ut primi pereāt, qui in-
tus fraudem strūit: Hac uoce deterriti Wandali, qui intus fuere, nihil se
cōmouebant: Qui foris erāt cum Pribislaō, nihil magnū tentauere, scien-
tes inesse Guncelinū & cum eos uiros fortissimos. Ea res immutauit eo-
rum consiliū, ut primo mane discedant. Guncelinus autem, ueluti torris
erutus ab igne, relicta Ilow, & collocata illīc fida suorum custodia reuer-
sus Zuerinum, recreauit suos: audierant ante pridem in oppugnatione
cēsum.

Magnopolis
afflita.Werlaus cō
mouet fratrē
ad bellum.Pribislaō in
Magnopolī.Pribislaō ad
obcessos.Teutonici re
ferūt tela.Magnopolis
capitur.Wādali con
gētilibus fa
uent.Deterrentus
Wandali.

LIBRI V. CA. III. ET V.

Bernardus ep̄s.

Wādali terri
ci fugiunt.

Oratio in
obcessos.

Fit deditio.

Tres trium
principum
exercitus.

Necatur su
spēdio Wer
laus.

Quatuor p
ceres fortissi
mi.

b Erno uenerabilis episcop⁹ Magnopolēsis, cū audiret quā strage
perpessi essent sūi, quinto die peruererat eo, cum paucis clericis,
de Zwerino, tumulare cęsos: & sacrī indutus, erexit arā in me-
dio cęsore: obtulit pro eis hostiam salutarem, cum luctu & tremore: Quo
iā sacrificiū peragente, surrexerūt Wādali de insidijs, ut percuteret pon-
tificē, & qui cum eo erāt. Sed celeriter, quasi missus a deo, superuenit qui-
dam Richardus de Soltwedel, cum expedita manu: Hic audito, quia Gū
celinus obcessus esset Ilow, egressus est in auxiliū eius, & iter faciēs opor-
tune superuenit in Magnopolim, cum pōtifex, & sui, iam in media morte
tererent: Cui⁹ aduētu territi Wādali fugierūt, & saluat⁹ episcopus pere-
git opus pietatis quod ceperat: & tumulauit ex interfectis ad septuaginta
corpora, & reuersus est Zwerinū. Post non multum tempus, Pribislaius
cū ualidissimo exercitu, mouit in Malachow, deinde Cussin, & alloquiē
loci praefectos his uerbis: Scio uiros uos esse fortissimos, fidelissimosq;
principi uestro, q; in hostica terra, tam lōge uobis p̄miserit custodiā p̄esi-
diō: Si dimicare placet, aut obsidionis experiri incōmoda, in utruncq; pa-
rat⁹ uenio: descēdite si quid est animi: alioqui ego ad uos ascendam: Tam
e uicino positos sola dirimēt arma. Qz si pugnā subieritis: eam uobis de-
nūcio sortē, de sanguine, non de gloria inter nos decertari: Si dedēda pu-
tabitis presidia; ea uos fide deducēdos curabo, ut ad ripā Albis, cum reb⁹
perueniatis incolumes: Nulla uos terreat diffidētia, uiris fortibus, per ar-
ma, non per fraudē congregior. Circūspexere obcessi uires suas perexiles,
hostiū immētas: auxilia lōge, & diurna in medio tempora, p̄eter fidem
& mortē, nihil se dñō suo posse p̄estare: uitam tñ suam esse aliquāto duci
rebātur chariore, & utiliore. Itaq; quod necesse putabatur, tueri non po-
tētib⁹ presidia, uitā & arma pacti, tradiderūt: Ita res primū in manib⁹ Pri-
bisla, prosperari magis atq; magis, uidebant⁹. Terruit uiros exēplū eorū,
qui sine fructu in Magnopoli perierunt.

C A. V.

Enricus dux, ubi audiuit res in Wādalia labefactari, arces, quas
h in eum diē seruabat, cōmuniuit: & maioribus rem uiribus actu-
rus: ipse grandē conflauit exercitū. Waldemar⁹ aut rex Danie,
ueterē ulturus in Wādalos assiduos hostes iniuriā, a mari ualidā classem
inuexit. Sed & Albertus marchio uires suas cōiunxit: Ita tribus triū exer-
citibus principū, res geritur. Henricus ubi peruenit Malachow, arcē iam
Wādali tenebāt: ibi in cōspectu hostiū, mādauit Werflau principē, Pri-
bisla fratré, suspēdio necari in oculis fratris: q; germanū, ut cōpertū habe-
bat, stimulasset ad rebellionē, q; in pactis nouissimis esset cōprehēsum,
si prestitā fidem Wādali uiolare. Henricus dux pro arbitrio abuteretur
obsidibus. Dux exinde caput belli, petiturus ad interiora ductare cōsti-
tuit exercitū, & euocatis quatuor procerū fortissimis, iussit cum expedito
equitū numero preire, sequuturū grauem exercitum. Hi fuere Adolphus
Holsatiae, Reinoldus Thietmarsiq;, Christianus de Aldēburgo, & Gūce-
linus de Zwerino comites, qui equitatum eduxere ante molem sequuturi
agminis cum exercitu: Locus illis presignatur ab duce, ut opidū Demyn

LIBRI V. CA^{II}. V. ET VI.

procursu cingat, castrametates. In eam urbem cum Pribislao conuenerat, Casimar⁹, & Buggislaus, Pomeranię principes. Memorati ergo Saxonū comites, locū castris capiūt: Visum est Wandalorū primoribus pertētare animos eorū de legib⁹ pacis: & quod est uerisimilius, speculari uires, & castroꝝ ordines. Missis nuncijs, era expromittūt: ut accepta pecunia illi reuertantur, pace redditā: constituūtq^z se daturos tria marcarū millia: Sciebat de ere primā esse bellādi causam. Adolphus cum ceteris, nullas adhuc huit aures: Postera die reuertunt: Iam duo tūnī millia preferētes: Visa est res, ut erat, ludibrio plena: Remissi sunt non sine cōtumelia oratores, q̄ irridere, non pacisci uenireb^t. Interea, qui ex Wagria sequuti sunt Adolphū Wandali, suis congenitilibus affecti, omnē rerū gerendarū ordinē, secreto nunciarunt hostibus. Perpensum est hoc ipsum ab Holsatis, quoꝝ maior Marcradus ait comiti: Operē preciū est, hostiū rebus aliquāto diligētius intendere: Sunt ex hoc nostro ordine, qui secreta illis nostra, secreti⁹ aperiunt: Illi se parant ad arna: In his castris, nulla uigilia, nulla custodia, nullē excubiq^z: Contempt⁹ hostiū proxim⁹ est ad ruinā gradus. Comes ista leui oribus accēpit aurib⁹, q̄ emortua putaret uirt⁹ hostiū. Morā fecit exitus ducis, serius sequit⁹: & defecerūt p̄missis equitib⁹ uictualia, que in paucos accēperē dies. Egressi aut̄ ex cohortibus expediti equites, ut de magno, grauic^z ducis exercitu expedirēt cōmeatū: p̄missis cohortibus quatuor comitū. Vix castra suorū exiuerat, & ecce primo mane magnus equitum peditūq^z de cliuo exercitus, quadrato agmine uisus est descēdere. Primū rati sunt esse exercitū ducis sui: nō prospicientes, q̄ hostes a tergo intercipiendis illis in medio, imminerent.

CA. VI.

Wandalorū hoc erat agmen urbe emissum. Malebāt enim fortū nam bellī experiri cum paucis, q̄ totam exercitus molē excipere: Sciebāt quanta illis manū dux immineret. Ministri Saxonū cito pedem retorserūt, & magno clamore adesse hostes nunciahāt: Dormierūt securi pro magna parte milites, itinere fatigati: pr̄sertim q̄ hostile contemptū induissent: non arbitratī, fidere hostes, ut se campo credāt. Primi Adolphus, atq^z Reinaldus, hostibus se opponunt ueniētibus cum ea, quā poterāt, tumultuosa manu cōtrahere: Fortiter resistūt incursantibus, & primā quidem aciem Wandalorū fortiter sustinuerūt: deinde etiā repulerunt: A secunda excepti: iam inter eam atq^z primā intercepti, dum fortiter pugnāt, ad unū omnes, ibi cōclusi, perierūt. Holsati, Thietmarsi, cum comitibus suis, Adolpho atq^z Reinaldo. Fecit hostiū multitudo, ut Guncelinus atq^z Christianus, laboratibus suis, adesse non possent. Cōglobati tamen trecenti cum eis equites, locum editū cōpere: Inde Wādali diripiāt, endis Saxouū castris intenti fuere: Qui sarcinis custodiēdis relicti fuerāt, auxiliū implorauere Gūcelini, & cōmilitonū eius: Aduolātes ergo directoribus castroꝝ, magnā in eis stragēm peregerūt: Deinde qui ex prima fuere pugna dissipati, cum cerneret suos miscere gladiū, infusi una Wandalis, maximā in eos stragēm peregerūt: ut pauci plures, & cederēt, & fugarent. Hēricus dux, ubi cōperit suorū sortem, iter celerauit: Vbi accēpīt

De ere pri
ma bellī cau
sa.

Admonitio
de periculo.

Cōtempsus
hostiū gradū
ad ruinā.

Hostes im
minent.

Nūciantur
hostes adesse

Adolphus &
Reinald⁹ co
mites cadūt.

Magnai Wā
dalos strages

LIBRI V. CA. VI. ET VII.

Corp⁹ Adol-
phi Minde
sepelitur.

Hartwic⁹ par-
chiepsulcis
mus comitū
Thietmarsi⁹

Demin opis
dūsuccedit.

Casimir⁹ &
Buggislaus
Christiani.

Legati Imp.
Grecor. Brū-
swici.

Obotriti mi-
grarunt.

Laus Adol-
phi.

Pauci Wāda
li domi re-
mansere.

81
mortuū cecidisse Adolphum, lachrymas dedit amico, amplex⁹ uirtutem
uiri. Ceterū strages hostium, qui ad duo millia quīngētos cecidisse fere-
ban⁹, ex parte recreauit dolentē. Adolphi corpus iubet diligenter curari,
condiric⁹, ut sepulchro patrio reddatur in Minda; necdum enim habebat
Holsatia, uel monasteria, uel insignes ecclesias, preter unam Hāburgēsem,
in qua multi posteror⁹ temporū Holsatię comites sunt tumulati. De hui⁹
autē patre, ubi sit recōditus, in Minda, an in Hamburgō, incōpertum est.
Quis uero fuerit iste Reinaldus Thietmarsi⁹ comes, satis queritur: preſer-
tim, cum Hartwic⁹ Bremēsis archiepiscopus, eius generis nouissim⁹, per-
mutationē fecerit cum ecclesia Bremēsi, accipiens ab illa Stadēsem, & red-
dens ecclesię Thietmarsi⁹ comitatū. Sed mihi solet uideri, ducem non ap-
probasse eius generis p̄mutationē: neq^z Hartwico permisisse Stadensem,
neq^z ecclesię Thiermarsi⁹ comitatū. Sed tamē illius dominatū, cuidam ex
suis nobilibus indidisse, qui nūc cum Adolpho ceciderit. Wādali stragē
tantā ab exercit⁹ parte perpeſsi, non constiterūt in cōspectu magni, quod
superuenerat agminis: sed succēſo Demin opido, cum arce, ut tum erat mu-
nitissima, retro abierūt. Partē ibi collocauit copiarū Hēric⁹ dux, ad tutam
uulnerator⁹, cum mādato ut demolirent, que restiterāt, equaretq^z solo
ualla omnia: Ipſe progressus cum exercitu, ad interiorē Pomeraniā, perue-
nit Stolpe: quo in loco Casimarus & Buggislaus, iam dudum Christiani
principes fundarūt abbatiā, in memoriā cēſi patris Werceslai, qui primus
in ea gente suscepit Christianismū a uenerabili Ottone Bābergensi quō-
dam pontifice: quod in Saxonia diximus.

VII.

Riusq^z debellaretur, uenit Henrico duci uīcius, qui diceret, orien-
talī Imperatoris nuncios, esse Brūswici, demorātes redditū eius.

Qua re cōperta, permisit proximis exercitū: ut equarebili iure rem
terminarēt: Ipſe properabat audire legatos. Q^z, nisi cōcito euocat⁹ abiſſet,
ea lege subdidiffset ſibi Pomeranor⁹ terram, quomodo Obotitorū. Sed
qm̄ Christiana fuit prouincia in mediterraneis, leuius bellū est passus ad-
ministrari: Obotriti aut̄, exhausti terrā reliquerūt inanem, atq^z desertam:
reliquię ad Pomeranos, & Danos cōfugerunt. Sed & illi sine miserationis
respectu, uendiderūt profugos, Polonis, Sorabis, & Bohœmis. Adol-
phi interīm corpus, aromatib⁹ ſeruatū, infertur patrio ſepulchro in Min-
da. Vīdua eius Mathildis, cum paruulo ſuo, item Adolpho, terrā, ut pote-
rat, Nordalbingor⁹ administrauit. Sensit tñ terra tanti p̄efidis obitum:
Consilio enim, & armis cōpēt deficere. Vnus ille erat fortissimis anumer-
randus: qui cōſilio, prudentia, fortitudine, terrā redēgit in ordinē: quo eti-
am exterminatis Wādalice perfidię ſuperſtitionib⁹, Christo tota milita-
ret. Superſtitēs uero Guncelinus Zwerini, & Bernhardus Henrici, iam
premortui, Raceburgensis comitis filius, tantę uirtutis emuli, & ipſi in fu-
niculo ſuę fortis fortiter egerunt: ut tota eſſet Christiana prouincia & ſu-
ſcitaretur cultu domus Dei, in gente diu incredula: q̄q̄ breues antiquę
gentis ſupererent reliquię, ceteris, ut diximus, aut cēſis, aut ad interiora di-
labentibus; que & ipſa res male celiſt desertoribus. Pribislaus autē tantę

LIBRI V. CA. VII. ET VIII.

rebellionis author, paternę hereditatis factus extorris, cōsistebat apud dūces Pomeranorū, Casimarū, & Buggislaū: cōperūtq; instaurare subversam urbē Demyn: unde frequēter exiēs Pribislau, per insidias percutiebat fines Zwerini, atq; Rasesburgi: & tulit p̄dā ex hominib; atq; iumētis: Cui⁹ exitū obseruātes, Gūcelin⁹ atq; Bernhardus, pugnabāt & ipsi de insidijs: & cōmissis leuib; sepe prelijs, semp inclinauit uictoria Saxonib;: donec amissis promptioribus, omnes uires Pribislai, sunt penitus attrite. Displicuit ea res principib; Pomeranis, qui ubi cōpererūt premonitum fecere, ut latrocinio abstineret, qñ iusto p̄lio decernere minime posset. Quādiu apud illos moraretur hospitaliter esset habēdus, ob ius cognatiōnis, & cōmunis nationis: Si tamē hostes illis nouos semper cōciret, quo libet abiēt: non se perditis rebus posse in suam perniciem immiscere. Ita cohibitus paulisper quieuit. Contrite sunt aut̄ ex illo die res Wandalorū, quos Obotritos, Kissinos, & Circipanos dixere. Dux autē crebris colloq; quīs apud Eydorā, aut̄ Lubicā, regē Danorū Waldemarū conueniebat: quod plene in Dania dixim⁹. Supererat autē Rugia illa maritima regio Wādalorū: quā rex a mari solus est aggressus: cum dux interim alijs reb; implicaretur. Et tñ, quia edomita sunt mediterranea Wandalī, defeccerūt ex magna parte pyraticę Wādalorū excursiones, quietius agebant insule regni, que semper huius gentis incursionib; erāt infestæ, & uacuefactæ, damna sua prodebandit.

CA. VIII.

Nterim uero Henricus dux Leo, magnis incrementis, gloriā partū suo, opib; & ditione, supergressus est. Nam p̄ter hereditatē magnorū progenitorū, Lotharij Cesaris, & cōiugis ei⁹ Rixę multorūq; ducū Bauarie, atq; Saxonie, accesserunt ei nihilomin⁹ multorum principū ditiones: Hermāni de Wintzenborg, opulentissimi: Sifridi de Hōborg: Ottonis de Dasle. Quid de amplissima ditione Hartwici archiepiscopi, qui de antiqua descēdit Vdonū prosapia: Nobile illud castrū Stathen (nos Stadiū uocamus) arce demolita, cum omni attinētia, cū comitatu utriusq; Ripe, & comitatu Thietmarsiq; uiuēte adhuc episcopo obtinuit: Quēdā hereditario, alia beneficiali iure: Extenditq; manū suam in Phrisiā, & admouit illis exercitū: & dederūt ei pro sua redēptione, quod fuerāt postulati. Hęc ad uerbū, propter antiquitatis fidem trāstuli ex Helmoldo horū tēporū diligētissimo scriptore: qui etiā ante Hērici exitū, narrationē suā terminauit. Vnde in reliquū ad alios nobis respiciendū est auctores. Sed quia gloria parit inuidiā, nec est perpetuū aliquid in reb; humanis: Tantā uiri gloriā, non equis aspexere oculis, ceteri Saxonie principes. Ille enim immēlis diuitijs locuples, clarus uictorijs, & propter geminū Saxonie, atq; Bauarie, ducatū, sublimis omnib; Saxonie, & principib; & militib; intolerabilis est uisus. Sed manus principū formido Cesaris cōtinuit. Postq; aut̄ Cesar quartā profectionē parauit in Italiam, & oportunitatē temp⁹ adduxit, statim inueterata cōspiratio, p̄cessit in publicū: & ubi non erat, facta est coniuratio omniū contra unum. Ista uero, p̄sequi pertinet ad Saxoniam. Ceterū per ea tēpora, comitatū Holsatię, Stur-

Demyn in
stauratur.

Displicet la
trocinia pri
cipibus.

Res Wādalo
rū cōtinuit.

Pyratica cōf
sat.

Hēric⁹ Leo
gloriā patrū
suggerit.

Quē Hērico
accrueuit.

Gloria partis
inuidiam.

Cesar in Ita
lia quarto.

LIBRI V. CA. VIII. ET VIII.

Pribislaus re
cipitur in
gratiam.

Obotritis
daſt trāquili
litas.

Rostockiū co
munitur.

Monasteriū
Dobrā erigi
tur.

Borch wal
arcis uallū.

Dux occu
pat Bremā.

Archieps tō
munit arces

marie, atq; Wagrie, administrabat relicta Adolphi comitis, cum tenello filio: Propter cōsurgētes autē bellorū motus, posuit dux puerō tutorē, qui armis precesset, Henricū comitē de Orlemūde, natū Turingia. Cōmunicato autē principū suorū cōsilio, idem Hēricus dux Pribislaū principē Wan dalorū, quē multis, ut dixim⁹, prelijs, puincia expulerat, admisit in gratiā: & reddidit ei omnē hereditatē patris sui: Terrā scilicet Obotritorū, preter Zwerinū, & attinētia eius: Et fecit Pribislaus duci & amicis eius, securitatem fidelitatis, nulla deinceps bellorū tempestate, cōuellendā: stare semper ad mandatū eius. & obseruare oculos amicorū eius, absq; omni offensio ne. & reddita est trāquillitas Obotritis. Pribislaus autē cum receperisset pa ternā ditionē, preter ea, quē diximus, a duce permitta, proceribus eius Nicolao fratri filio, permisit terrā Kissinorū & coeptum est ex illo die, cōmu niri opidum Rostockium, q; in eam diem rusticis casellis arx erat circū fusa, tum cingi cœpit uallo, & in formā opidi consurgere. Erat tum post mille centū pene. LXX. annus: cum iam zelo catholice fidei prouect⁹ Pri bislaus, insigne Cisterciēsis ordinis monasteriū in Dobran, exēdificauit, predijs dītauit, ad fratrū sustentationē: cooperante & plurimū stimulante uenerabili Bernone Magnopolēsi episcopo, qui ordinis & domus suę, de Amelūges borne fratres aduocauit, & introduxit, sub abbatē Conrado, primū ibi presidēte. Nicolaus autē, cum suspectā duceret fidē magnatum qui arcē tenuere Rostockij illo in colle, quo nunc diui Petri manet basili ca: e diuerso & ipse fortalitiū erexit, in altero colle, qui uetus seruās nomē, etiā nūc Borch wal, hoc est, arcis uallū, nuncupat: ut malignātes facile cō primeret, & sub iugo cohiberet. Pribislaus autē usq; adeo cōciliat⁹ est Hē rico duci, ut inter alios proceres comitē illum suū faceret in terrā sanctā: quā profectionē in Saxoniā diximus. C A. VIII.

Vō tempore, cum Henricus dux undiq; occurreret inimicis, ar q chiepiscopus Hartwicus, omissa Brema, quā dux occupauit, ex causis in Saxonia explicitis, Hāburgo consedit, pene solitarius & quietus: structuris claustralib⁹, & ceteris ecclesię suę cōmodis intētus. Archiepiscopus autē Colonensis, ceteriq; principes mādarū ei per scripta, ut reuocaret ad cor omnes pressuras, quibus attriuisset eum dux: tandem ue nisse tempus, quo posset auxilio principū, recuperare statum honoris sui: patere sibi urbē Stadiū, & eruptum comitatū, si man⁹ ei principū acceſſe rint: Hartwicus autē archiepiscopus, multis experimētis edoctus, fortuna tum semper in prelijs esse ducem, ambiguā quoq; inesse principibus fidē, & se huiusmodi spōsionib⁹ semper esse delusum, fluctuare cœpit animo: prouocabat eum recnperādi honoris cupido; sed deterrebat eum ſepe cō perta mobilitas principū: h̄erebat interim superficies amicīarū, & pax so nabat in uerbis. Verū tamē arces suas, Horenburg, & Friburg, cōmunire cœpit archiepiscopus, & cōgessit illuc apparatus armorū & escarū, qui ſuf fieret in mēles & annos. H̄erebat illi indiuisus comes, Cōradus episcop⁹ Lubicensis, penes quē summa fuit cōſiliorū eius illo tempore. Perlatū est aut duci, q; Conradus stimularet in ſe Hartwicū archiepiscopū; Cuius rei

LIBRI V. CA. VIII. ET X.

gratia euocauit dux Conradū in Erteneborg, ut expostularet cum eo. Ille aut̄ declinās Leonis iram, concessit in Phrisiā; simulās archiepiscopi legationē. Cum inde reuerteretur, missō iterū nūcio, dux euocat eum in colloquiū, uirū, quē ab olim dilexisset. Ille accepto Hartwici archiepiscopi conductu, nihilominus inductus suasu Bernonis Magnopolēsis episcopi, Stadiū adiūt, quo ducē reperit loco: qui obiec̄it illi ingratitudinē de prisa prouectione: q̄ per eum, & abbas, & episcopus fuisset: nūc illi excitat hostes, reddēs mala pro bonis: cum potius, & episcopi, & amici, fuerit rogare, quē ad pacē sunt, & dissidētes recōciliare. Ille nullā se huius rei in se culpam recognoscere respondit: Scire quid principi debeat, & cuiq; ab cōelo potestati. Inde dux ab illo expetiuit hominij debitū. Ad qd uerbū uir magnanimus resilijt, dices: Modicā esse stipē ecclesiæ suæ, nunq; se eius gratia, libertatē suam, cuiusq; imperio subditurū. Cui dux: omnino opertore unū e duobus fieri: aut loco cedere, aut proposito: q̄ Imperiali donatione permīssum illi esset ius hominij, in his Wandalię terris, quas suo gladio subegisset. Cūq; fixus in sentētia maneret episcop⁹, precepit dux occlidi ei introitū ecclesiæ suę, & omnes reddit⁹ tolli episcopales.

Obiectur in
gratitudo
epo.

Dignū epo
responsum.

Ocluditur
epo introit⁹

Pōtt. fugiūt
a facie ducis

Dux adhēret
an. papæ.

Dux occu-
pat Fribur-
gum.

Seditio in
Saxonia.

Fames Gos-
lariæ.

Genua oppu-
gnatur.

Ostabitū ducis, archiepiscop⁹ Cōradū alloquit̄: Vides, inquit, p frater, quid agat: dux nos gladio suo circūsedet: non satis arbitror tuę securitati consultū, si cōstiteris hoc loco: sed proficisciere ad Wichmannū Magdeburgēsem archiepiscopū, tibi, mihiq; futurū benevolū susceptorē: nam ego te cōsequar euestigio. qd & factum est subinde: Nam profectus Cōradus, fere duobus annis apud illū consedit. In de abiens, uadit in Franciā, ad Cisterciē cōciliū, reconciliari Alexandro pape: Nam Hēricus dux Imperatorē sequit⁹, cum suis adhērebat antipa- pē Vīctori: receptus in gratiam, per manus episcopi Papiēsis: qui ad hoc erat Alexādri pape cōmissari⁹. Adiēcit ille, ut q̄ primū ex cōmodo posset, se Conradus presentaret Alejandro, aut nunciū mitteret ad hoc speciale. Quibus peractis, reuersus est Magdeburgū: & inuenit ibi Hartwicū archiepiscopū (nam & ille loco cessit) & manserūt ibi diebus multis. Verū tamē milites archiepiscopi, qui tenebāt arces Horeborg, & Friburg, faciebant frequentes excursus, & incēdia, & prædas, ex possessionibus ducis: q̄ obrem dux transmissa militia, occupauit Friburgū, & demolit⁹ est a fundamētis: fecitq; tolli ex illo die, omnes episcopales redditus: nec ulla fecit reliquias: Soli qui erant in Horeborg, cōtinuerūt se ad redditū usq; archiepiscopi: eo q̄ locus esset munitus per paludosas uoragini. Feruebat aut̄ seditionū seu tēpestas per omnē Saxoniā: cōtendētibus uniuersis principib; aduersus ducē: & factae sunt leuibus prælijs captiones militū, hinc atq; inde plurimæ, & dimembrationes, & euersiones urbiū, atq; domoꝝ, atq; incēdia ciuitatū: Et addita est Goslaria principib; in ducē: & precepit dux custodiri uias, ne quis frumenta inueheret Goslariā: deficiētibusq; alimētis, facta est in ea famēs ualida.

•CA. XI.

p Er ea tēpora Fridericus Imperator in Italia circūtulit uictorē exercitū: Genuēsem urbē oppugnauit, & expugnauit; urbē Romā

n iiij

Fugatur Ale- cesis primū occurritib⁹ Romanis, uictor intravit: fugato Alexandro, Cas-
xander papa lixtū suū introduxit. Sed per morā attenuat⁹ exercit⁹: multi enim peste in-
 terierūt: & cooperūt Lōgobardi cōsurgere, & rebellionē ostēdere. Impa-
Cōuent⁹ in tor abiēs in Germaniā, conuentū fecit Imperij in Bambergā: & euocatis
Bambergā. principib⁹ Saxonie, p̄mores corripuit, q̄ per intestinā discordiā res Ita-
 lie tumultuātes, sint roborate: Recōciliatis ibi inuicē & Henrico duce, &
HartWicus principib⁹, effecit, ut Hartwic⁹ archiepiscop⁹ rediret in terrā ditionis suę:
archiep̄s ob- sed breui post reb⁹ excessit humanis: & renouatū est impiū ducis in terrā
ſjt. que pridē fuit ecclesię, pr̄fertim Stadēsem comitatū. Cōradus q̄qz Lubi-
 cōs redire pmittit, factō pri⁹ hominio duci, qđ ante recusabat. Cūqz pax
 & trāquillitas, cōpositis principū simultatib⁹, rediret, rex Darię Walde-
Expeditiō in mar⁹ in Rugiā parabat expeditionē: foederat⁹ Christianis principibus Po-
 meranie, qb⁹ cordi erat, Christianā religionē ad eos, suos cōtribules, ppa-
Rugiam. gari. Accessit Pribisla⁹ Obotritor⁹ princeps, qui ducis precepto tulit supa-
 petias Danor⁹ regi in Rugianos. Tedebat optimū regē, q̄ gēs Christo &
 uicinis pfida, quæ regno suo semip hostilis fuisset, in sua sequitia pduraret.
 Suscooperant aliquī Wādali ei⁹ regionis uerbū Dei a religiosis uiris, Cor-
 beia egressis: & cōmendatū habuere patronū Corbeig⁹ S. martyre Vitū.
 Illi ad sordes non diu post relapsi, Dei honorē obliti, martyris nomē con-
 seruarūt: ut Zwātewyt pro deo colerent, pessima superstitione, que tantū
 inualuit, ut diu ex omni Wādalī illi phano pēderet tributa: & hoc tēplū
 inter omnia coleret religiosissimū: Cuius honori flamē inferuiēs, etiā regi
 in gēte prēponebaſ: Inde respōfa quæsierūt: Ibi euētus sortiū explorarūt:
Zwātewyt quas in omni gēte Germanica plurimū ualuisse olim, tradit Corneli⁹ Ta-
pro deo. citus: flamen sortib⁹, flaminī rex parebat. Solebat etiā Christianū homi-
 nem inter libamina quādoqz inferre deo suo: cui⁹ cruore deos oblectari ia-
 ctitabāt. Cōuenerat in annos singulos eam in insulā, Rugiæ maxima ho-
 minū multitudo, ad allecū, que tum ibi erat, piscaturā. Adit⁹ nemini inter-
 dict⁹, modo deo suo Zwātewyt tributa pēderet: Nuper enim sacerdos,
 ait annalis, de Bardewico, rogatus a mercatorib⁹ Christianis, Christiana
 ibi sacra p̄git: Sentīēs sacerdos gētis peregrina ibi sacra peracta, regē, &
 populū inflāmauit: irata clamās sua numina, de piaculari criminē sacrorū
 alienor⁹; itaqz tumultu factō, sacerdotē depositū exhiberi ad poenā: Vbi
 nō dat, pecunia enim crimē diluere Christiani repromittūt, centū marcis
 expromissis: nō, pficiūt: In crastinū uim parāt Wādali. Mercatores noctu
 collectis sarcinis, & reb⁹, naues intrāt, & abeūt. Odiū Christiani nominis
 in omni qđē Wādalor⁹ feruebat gēte, sed in hac prēcipiū erat. Hospitali-
 tas in illis, ut in ueterib⁹ Germanis omnib⁹, & pr̄fertim aglonarib⁹, pluri-
 mū uiguit: cura parentū prēcipua: quē debilē fecit infirmitas, aut etas de-
 crepita defectū, h̄eredis cure delegat, plena souēd⁹ humanitate: h̄ec enim
 duo, cura senū, & hospitalitatis, primū in gente uirtutū locū obtinēt. Ru-
 gianorū terra ferax frugum, piscium, animaliū: Vrbs eius prima Arcona:
 cuius sunt hodie nulla uestigia.
Duo uirtu- C A. XII.
tos in Wād-
 Ed ei⁹ expeditionis in Rugiā, regis Danor⁹ ordinē, diligēti⁹ ex-

plicare, magnitudo rei depositum: testimonio Danici Scriptoris Saxonis,
quem in Dania potissimum, semper pretulimus auctore. Annus erat post Christi
natum MCLXVIII, cum rex Danie Waldemar ualidam expeditionem pa-
rat in Wandalos Rugianos: classem parmat copiosissimam, & plenam fiduciam
ducit in hostem: Vbi hosticam tamen agit, exponit copias, & excursionibus aliquantum eq-
tum factis, ad obsidem urbem Arconam, gemitis caput, uires intemedit: Ibi phanum
gemitum sacratissimum, uere religioni execratissimum: Ibi omnium malorum in gente
principium. Vrbs erat in arduo sita promotorio: ab oriente, & meridie cincta
maris, tanto praecepitio moenibus in alta surgentibus, ut arcus iactus ab imo
uix equauerit: ab occidua parte ingens atque altum uallum communivit urbe: ab
aquinone fons scaturivit: atque communis aditus ut prohiberi posse opida-
nis non uidetur. Ericus tamen superioribus annis aliquantum intercipiens, ad deditio-
nem eos copulit. Interea in urbe grata planicies phanum habebat, religione ua-
na simulachri celebratissimum: exterior edis ambitus accurato celamine renis-
tebat, rudi, atque impolito nimis artificio picturae, uarias rerum formas comple-
ctentes: unicum in id ostium patebat intraturis, ipsum uero phanum duplex septo-
rum ordo claudebat: ex quibus parietibus contextus exterior, puniceo culmi-
ne tegebat: interior uero, quatuor subnixus postibus parietum loco, pesilibus
aulis nitebat: nec quicquam cum exteriore, preter tectum, & pauca laquearia
communicabat. Ingens in eadem simulachrum, humani corporis formam graditate
supergressum, quatuor fratribus stabat subnixus, duabus ante, & totidem retro
patentibus, in dexterum tamen & leuum detortis: dextera cornu meri plenum, simi-
stra arcum tenebat, lateri reflexa: corrasae barbae, crinis attollendi figurabantur: ut
artificis industria, gemitis habitum cerneret expressisse: haud procul frenum cum
sella, & ocreis, gladioque figebantur: non solum grandi, sed argento foris compis-
cuto. Semel quotidie, post lectas fruges, mactatis ante ostium victimis, solene
gemitus epulum erat: aedem sacerdos uersabat, spiritu oris compreso: quem quotidie re-
nouare opus erat, ad ostium decurrit, ne humano halitu, numinis praesentia
offenderet: primo mane excubante ad fores populo, sacerdos ingressus, per-
missa solus barba, cornu, quod priore anno impleuerat, contemplatus: & si quod
eadem plenitudinis mensura responderet, uberem, pronunciat futuram messem: si qua
parte minutam, diligenter iubet asseruari fruges, caristia imminente: tum uetus
meru delibas, ad pedes simulachri profundit: repletumque haurit: atque in eadem
formam mero plenum, dextere numinis restituit: placenta quoque ea magnitudine
adhibito mulso effinguit in formam rotundam, ut post eam homo latere possit.
Sacerdos eo decurrens, se abscondit: orans, ut futuro minore quam nunc anno compi-
ciat eum: Inde nuncupatis uotis, donaria pro se quicunque infert: Trecetos autem milii-
tes cum iumentis, dei stipendio militare: qui predam omnem referunt in sacerdotis
custodiam. Ille aula, & reliqua phani ornamenti, in auro, & purpura inde
comparat. Equum preterea cadiore niueum alatum: soli sacerdotis ministerio attre-
ctandum: quippe eo Zwatemitum (hoc enim simulachro nomine, ut diximus, in die
re) solere hostes suos inseguuntur: profidiam fouet, quod eum mane sudante conspicunt:
qui si magnum noctu confecerit iter. Hunc illis equum auspicari faciunt bellum
qui imminet: nam si dextero pede locum signatum tetigerit faustum, si sinistro, in-
faustum ominantur.

CA. XIII.

Rex Danorum
in Wandalos.Arconam ob-
detur.

Arconam sit.

Phanum cele-
bre.Ingens simu-
lachrum.Semel quot-
annis gentis
epulæ.Varientur
sacerdos.CCC. milia
tes idoli stip-
dio.

Auspicio.

Anc tantā gētis superstitionē rex subuertere conatus, in qua to-
h tius gentis perfidiā frāgere posse putabat: magnā trabiū uim iu-
 bet aduehi: ut perfectis machinis, ea urbe potiret. Sed statim su-
 um ipsius damnās propositū, uidit cassam operā machinārē: inciditq; regi
 præfagiētis animi certa spes, urbē sancti Viti propinquāte solēnitate capi-
 endā: q; non pateret sanctus martyr, tantā de suo nomine superstitionē di-
 utius uigere: Idq; se non somnijs, nō augurijs, sed certa animi præsumpti-
 one tenere. Intermittit ergo machinārē instructio: & obsidio grauius fir-
 mat. Interim pueri egressi, munitionib; insultāt opidanis, q;s in sinu gesse-
 re lapillis. Opidani cōtemptis paruulor; lusib;, sedēt ociosi: sed adulescen-
 tiores immixti pueris, tela iaciebāt. Hos dum uindicāt obseSSI, pugna pue-
 rili principio, grauis orīt. Interea qdā propiā assistēt urbīs portē, quē subli-
 mis, & unica fuit, solis signis prominētib;, nullis etiā armis inde detonāti-
 bus, q; tutā sublimitate, & signorē, quē sacra dicebāt, præsentia, putarent.
 Aggerebāt autē portē cespites cōgestos: ne aut flāmis ureret, aut machinis
 impelleret: Hic ergo iuuenis, perpēlo, q; aggesti intus cespites desidentes,
 intercapelinē fecere, hominis capacē: Orat a circūstātib; lācearē usu suble-
 uari in eum aggerē: Nec mora sustollit: iam in uoraginē se recōdēs, ne ab
 hostibus ledere: iubet afferri sibi somēta incēdijs: stramina quēcunq; de-
 prehensa, in manipulos redacta, surrigunt: Ferrū se habere respōdit, silice
 se facilē inuēturū. Igit̄ accēso igne, a socīs excipit in terrā. Corripit ignis
 facile turris tabulata; auctusq; uehemēter, cito terribilis uisu hostibus esse
 pyra cœpit. Cōcurrīt totiū urbīs uirib; ad restinguēdū incēdiū. Dani op-
 pugnātes incēdia iuuāt: prohibentq; restinguere. Defecerat iam obseSSI
 aqua: lacte restinguere tētāt: Sed eo uelut somēto, ignis horrēdū exarsit.
 Interim sequētē incendio, rex iubet cunctā urbē in corona oppugnari: nu-
 lāq; obseSSI dari requiē. Illi intus ambigui, incēdio an hosti occurrit: ma-
 ior pars igni colluctāt. Rex edita castrorū parte, labore cōspicatur oppu-
 gnātiū, defendantiūq;. Ibi Casimarus, Buglausq; Pomeranię prīncipes,
 iam ex fcedere ad militiā socij, in oculis uidētis regis, fortē, egregiāq; na-
 uant operā. Nulla interim quies, nulla intermissio telorē. Defatigati tan-
 dem ciues, mittūt qui sonora e muris uoce, colloquiū depositat. Silētiū di-
 cturo factū: quid petat: edere iubet. Orat intermitti oppugnationē, qdā
 de deditioñe faciēda, populus sermonē cōferat. Q;diu, inquiūt Dani, nō
 cessat ab incēdio restinguēdo, pugnā non intermittēdā: Si cupiāt requiē
 ab oppugnatione, cessent a restinguēdis flāmis. Necessitas urgebat cōdi-
 tionē accipere. Interea deliberabūdus rex cum procerib; deditioñe obla-
 tam non abnuere cōstituit. Id cum in exercitu publicaret, unus omniū cla-
 mor exorit: Frustra illis uictoriā adimī: Iam pene captā urbē, militū dire-
 ptioni esse pmittēdā: qñ nulla iustiora militiē premia: in qb; multū sudo-
 ris, plus etiā sanguinis, sit impēsum. Eam ob tumultuationē, rex aliquātu-
 lum castris digressus cū primoribus, cōsultat quid facto sit opus. Ibi tum
 dictē multorē sententie: capi quudem urbē posse, sed non ea, qua rebantur,
 facilitate, dirupta moenia intus pluteis refecta, robustiorem esse deintus

Anim⁹ regi
prælagit.

Pueri lapillos
adulescentes
tela iaciunt.

Turris tabu-
lata cōburi.

Lacte ignis
extinguitur

Defatigātur
ciues.

Necessitas
impellit ad
conditionē.

Rex cū pri-
morib; con-
sultat.

LIBRI V. CA. XIII. ET XIV.

munitionē, q̄ foris uideatur: rebus cōducere currentis uictorię, ut urbe in deditiōne accepta, ad reliquas obsidēdas progrediātur, potius q̄ ad unā sedeant, diuturno, quod certū est, sed an optato etiā exitu satis sit incertū. Alius etiā adīcit, docendū populū, non sequendū. Igitur admissis ab urbe oratoribus, cū regis pedib⁹ prostrati iacerent: has leges deditiōnis accipiūt: ut simulachrū foras producant exurendū: captiuos Christianos sine ullo redēptionis impēdīo laxent: religionē Christi ex Danico ritu accipiant: stipendia sacrorū, immo sacrilegior⁹, sacerdotibus Christi impēdāt: quoties euocan̄t Danicę expeditioni comites accedāt: ex singulis hōū iugis, annua quadraginta nūmismatū pendāt: totidēq; obsides regi emittāt. Absoloni episcopo suscipiēdor⁹ obsidū cura cōmittit: Ille maior⁹ liberos partim etiā pro liberis, in crastinū parētes admisit. XIII.

Cōditiones
pacis.

Dāt obsides

Grāsa inter
pres.

Simulachrū
iubetur euer
ti.

Stūtia cōcūs
sic terram.

Phanum cō
matur.

Grāsa addū
cit principes

Octē que intercessit, clamor ad mīcēnīa de mūris est fact⁹, poscen
tis Gotscalcū quendā, quo interprete idem pōtifex utebat. Vbi
aderat rogat de mūris Absolonē, uni sibi permitti, ut Karētīnī
ciuībus suis nūncius eat: ciuīus urbīs oriūdus in hac solo legationī mune
re demoratū esse Arconēsium, fortunis suis exponat: ut simile periculum
p̄ecurrat uolūtaria deditiōne: se iam corpore debilem: ostēdit laceitū gra
uiter uulneratū, exili, si repugnare uelit, opera se ciuībus suis futurū, postri
die se redditū ad castra, Grāsam se nomine dici. Pōtifex in taliter affeſto
homine parū esse dispendij ratus perfugiendo, permittit abeat: sed tridui
spacū, ne hostib⁹ munitionis opem afferat p̄escindit: crastinū indulgēs
operi exequēdo: Q; nisi eo in littore crastino uespere cōspiciatur, nullo se
in reliquū usurū pactionis remedio. Abit ille pollicitus: Orta luce proces
res primi, Es bernus, & Zuno ingressi urbē simulachrūm euertere a rege
iubentur. Circūstabat expectātis exitū populi dēsa corona, arbitrati uio
lationē sui numinis, nō impune Danis cessuram. Famūli ferro exscindere
aggressi, monentur prudēter circūspicere ne festinādo quid capiāt detri
mēti casu molis, qđ incolas dei sui uiribus si accidat, ascripturos, detine
at in perfidia. Ingenti strepitū cōuulsa statua percussit terrā. Tum opida
ni educere iussi, detrectant numinis a se culti triste peragere ministerium:
Aduenas, & qui in opido locarāt operas, adigūt educere molem. Interim
aliōs religio terruit: aliōs risus excēpit: prudētores rubor corripuit, tāta
se ueneratione coluisse deū, qui ne sibi posset adesse. Cōcurrīt omnis spe
statū exercit⁹: p̄cetes nō ante adiere, q̄ plebs expleta uidēdo discederet.
Principū scribe, sacerdotū uice in urbe, docendę plēbis, & deinde bapti
sandæ, p̄egegerūt officia: phanū concrematur: & ex lignis, que rex facien
dis machinis aduexerat, instruitur basilica. Thesauriū numini pridē con
secrat⁹, ad prefinitā horā, iubet afferri. Interim Absolon episcopus docet
primores de Gransē Karētīni pollicitationē, trīginta nauib⁹ noctu p̄ces
sit, regē in mane sequuturū: Ante q̄ cōstituto littori pōtifex accederet, iam
demorātes ibi repperit Karētinos: Quis classi p̄esit clamas quidā exqui
rit: Vbi audit Absolonē: se esse Grāsam affirmat: Adesse ex constituto
principes totius gentis, fide publica interposita, accipiuntur in nauim, Ibi

Tecisla^r rex.Effunditur
urbis multitudi-

Tria phana.

Rugiemū
simulachrū.Martis
Porenitū.A adulteri ut
canes cohēre-
bant.Ey foederas-
tis fiunt ho-
stes.

ex formula, cum Arconēsibus cōstituta, deditio paratur: quē proxima h̄ce ueniēti Danorē regi, & offertur, & accipit. Aderat Tecislaus rex gētis Jarimarus, frater, cum ceteris terre proceribus. Pontifex, rege annuēte, iubetur dēditionem cum obsidib⁹ accipere. Ille assumpto Zuenone Arusiensis pontifice, ac solo Jarimaro, uix triginta ex domesticis comitantibus, Karētiam proficisci: Es berno fratri innuens, ut ceteros, quoad reuertat, cōuiuio excipiat, reuera futuros obsides. Angusto itinere per medias paludes inceditur: quo si parū declinaueris, in horrēdū cœnū dilaberis. Ad finē callis per planiciē ad urbis uallum ducit: Illic effusa urbis multitudo, armata per turmas stabat, ad numerū sex milliū. Zueno territ⁹, quid effusa multitudo, & illa armata deposceret rogat? Nihil dubitādum refert Absolō: pacis nō belli esse apparatus, alioqui in urbe prompti⁹ exceptos obtererēt. Tam præsentis fidentiſc⁹ animi uir metum in pectus admittere nō potuit: Vbi propius uenere Dani, genib⁹ nixi opidani, ueniētes cōsalu tauere: acceptis in urbē hospitib⁹ ad omnia prompti⁹ annuerūt. XV.

Ria erant intus phana, locus habitatoribus frequentior bello q̄ pace, q̄ loci munitio tutelā preferebat: Sed tanta cōdiū compres-
sio, ut per angusta sint publica itineranti spacia. Satis persuasum
erat expectātibus faciē urbis, nō diu tolerari obsidionē potuisse, pro mul-
titudine quē cōcurrerat, & angustijs locorē, tetrū odorē exalātibus. Pri-
ma cura subuertēdi phana. Maximū simulachrū, Rugiemū dixere, mon-
strum horrendū, informe, ingens, sub uno capitī apice, facies septem: totis
dem gladij inhērebāt lateri: ceterū irundines sub ora nīdificantes, pectus
stercore turpabāt. Martis simulachrū uoluere, septē diebus præsidētis. Po-
renitū alterū dixere, quatuor frontibus in capite, sed quinta defixa in pe-
ctore. Hęc portēta conuellere aggressi famuli, imprimis cauerūt, ne quid
subirent discriminis, maiore perfidię in populo, q̄ suorē corporū periculo.
Facile enim superstitioni homines, sui numinis irę casum tribuerēt. Urbe
media iussi cōcremare, rogabant ut educi sinerēt, ne flāma proximas cedes
corripiat, per angusta uiarē. Admirati primum incole numinū suorē iner-
tiā; inde irridētibus, ipsi quoq; ridētes, suam superstitionē dānauere. Hor-
renda tantū ferebanrur dēmonū prestigia, q̄ adulteri, mulierculis alienis,
quasi canes cohēredo, dirimi diu non poterāt: Ridículo sepe spectaculo, in
publicū producti cernebantur. Sed tum purgato simulachris loco, sacras
cedes erigi iussere regij cōmissarij: Digressusq; urbe, tria locis oportunis
Absolon, cōemiteria cōsecrauit: Scribas iussit docendo, baptisandoq; sa-
cerdotū uices implere. Inde ad regem regredit: apud quē, iam constituto
die, thesaur⁹ sacrorē producitur: ut inde rei diuinę in reliquū cōsulaē. Ca-
simarus, & Buggislaus Pomeranie principes, cum spe cecidissent potiūde
in suam ditionē Ruge, accepta licētia ex foederatis, hostes fiunt. Rex in
sua regressus, legitimos sacerdotes immisit prouincię cum oportunis com-
meatibus: ne populū rudem initio grauare uiderentur, reuocatis, qui eam
diem impleuerunt scribis. Ceterū ut pacatū a pyratis mare esset, iussit rex
quartā quāc⁹ nauim excubare, in quam rem, lecta iuuentute, quē necdum

LIBRI V. CA. XVI. ET XVII.

cōiugij illigata, instatiū rem urgeret principes, illi operi preposuit Ab solonē, atq; filium Christopherum: quoad liceret tota regni potentia hostes repellere. Quid non mutat qui lōgeua uetustas? Rugia tum totius nationis caput, memoratis floruit urbibus, quarū sunt hodie nulla uestigia. Sed hec interim.

CA. XVI.

Refuere ex illo die rebus gerēdis in Rugia Dani: Nam regis di p tioni in secularibus, & pōtificib⁹ eius regni, in sacrī subesse, ui ctoř iure, tum est a rege constitutū. Fundatū est ergo opus nō uelle plātationis in terra Rugianor⁹. Accēpit aut̄ rex filios nobiliū obſides & abduxit secum in regnū. Hęc autem eo peracta sunt tempore: quo Saxones ciuilibus in se bellis dissidebāt. Henricus aut̄ dux, cum rediſſet in Saxoniam missis oratoribus ad regem Danor⁹: numerū obſidū dimidiū, & accepte p̄dē depositabat: Ita enim ex foedere cōuenit, inter regē & ducē. Rex ducis arma non accessisse p̄tēdit: foedera loqui de his, que cōmunib⁹ virib⁹ ut uſq; partis fuissent administrata: Dux pro se mis sum obtēdit Pribislaū: Sed tum inanes, ad indignatē, rediere nūcij ducē. Interim ille, euocatis Wandalię principib⁹, exponit: Qñ inquit in littore Germanici maris cōſtant, quid ita inclinēt Danis: ut malint illor⁹ parere imperijs, q̄ pari cum Saxonib⁹ iure agere: Esse sibi quoq; grauē Danorū regem: qui equis foederū, non pareat conditionibus: Opus esse in regem arma cōuertere: Quid de illis speret sc̄iscitaſ: ubi ad bella cum Danis fuet peruentū: regi, an sibi, adherere uelint edicāt: Proceres nihil cūctati, in regē operas suas pollicētur, obliti promissor⁹. Amoti sunt uectes, & ostia, quibus iampridē conclusum erat mare: & erūpebat uadens, & inundans, & intentā excidiū multis Danor⁹ insulis, & regionib⁹ maritimis. Instau ratē sunt p̄dār⁹ naues, & occupauerūt in regno Danor⁹ terras opulentas: & expleti sunt Wandali Danorū opib⁹, quas sitiebāt. In Magnopoli septingēte Danor⁹ animę uno die sunt uenales expositę, si emptor inueniret. Diu siluit rex Danor⁹, dissimulās suor⁹ iniurias: Libet ponere ad uer bum testimonia annalis nostri, ut collata Danicę narrationi uideatur, q̄ quisq; scribat affectuose in gloriā gentis suę. Magnifica enim de regib⁹ suis Dani preferūt, quę nos, & hic, & in Dania nostra, non preteriuimus. Audiat interim uetus Saxonū testis, de Danorum regibus.

XVII.

Eges, inquit, Danorum, segnes, & discincti, & inter conuiuas, & r epulas semper poti: uix aliquā sentiūt, percussuras plagar⁹. Tandē uelut somno excitus rex Danicę, cōgregauit exercitū, & percussit partē modicā Circipanę regionis, Filius quoq; regis ex concubina Christopherus cum mille, ut aiunt, loricis uenit Aldenburgū, quę Danice dic̄t Brandēhusē, & percussit maritima illius: Ecclesiā uero, cui deseruiebat Bruno, non leserūt: nec attigerunt penitus bona sacerdotis. Recedētibus uero Danis, Wandali e uestigio sequuti, damna sua ultioni declupa com pensarūt, Dania ex parte maxima, in insulas dispartita est, quas ambit mare circūfluū: nec facile caueri possunt insidiæ pyratarū: eo q̄ sunt illic promotoria, insidijs Wandalor⁹ promptissima; unde clam egrediētes, percus-

In Rugia ur biū uestigia nullas.

In Rugia no uella planta tio fidei.

Conceditur sup spoliū di uisione.

Proceres Wā dalię p̄mit tūt opē duci in regem.

DCC. Dani uenales uno die.

Taxātur Da nor⁹ reges.

Dani parcūt ecclesię & ei⁹ bonis.

flunt de insidijs incautos. Valent enim q̄ maxime Wandali clandestinis incursib⁹: Vnde per proximā tunc estatē latrocinalis ea cōsuetudo, adeo apud Wādalos inualuit ut omissis penitus agriculturę cōmodis, ad naua les excursus expeditas semper extenderint manus: unicā spem, & opū suar̄ summā, in nauibus habētes. Sed nec in cōstruēdis edificijs operosi sunt: quin potius casas de mirtis cōtexunt necessitati tantum cōsulentes aduersus tempestates, & pluuias. Quoties autē bellicus tumultus insontierit, omnē annonā paleis excussam, aurū quoq; & argentū, & preciosa queq;, fossis abdunt: uxores & paruulos munitionibus, aut saltē syluis contutatur: nec quisq; hostili patet direptioni, preter fuguria, quorū amissionē inter facilima ducūt: Danor̄ impugnations pro nihilo habēt: immo uoluptuosum ducūt manum cum illis cōserere: Solus eis dux est formidini, qui protriuit robur Wandalor̄, super omnes duces & reges, qui fuerant ante eum: plus etiam, q̄ ille Magnus Otto: & misit frenū in maxillas eorū, & quo uolebat duxit eos. Hęc sunt Helmoldi ad uerbum de Danis, atq; Wandalis, testimonia.

CA. XVIII.

Vic uero non dissōnat in ea parte Danorū de suo rege testifica-
hio. Rex, ait, ille Waldemarus, cum aliquātas anteā expeditiones magno molimine, sed exīlī fructu, peregisset: meliori cōsilio rem gesturus, in hostes assiduos Wādalos, arma parat: paucis adhibitis ei⁹ cōsili⁹ participib⁹. Quippe priuato cōsilio, sed publicis armis, rem cēsuit agēdam: ne quis occultam molitionē perferat ad hostes: Classem ex omnib⁹ regni partib⁹ iubet cōuenire paratā, ubi edixerit. Interim tyrories exerceri, arma iubet expediri: & ubi iam cōuenisse uidet ducētar̄ sexaginta nauium classem, nauigationē instituit, remigio tamē magis q̄ uelis usurus: ut latētior hosti fieret aduētus. Prēmissi nōnulli, qui expeditis ad cursum nauib⁹, res hostiū specularen̄. Vbi lōge præcūrrerāt, uidēt regiā a tergo nauim, uela sustulisse contra propositū, paulatimq; relabi in portū Monæ insulę subalbide: Mirati qui preierāt sine rege, sine sequuto agmine nauigationē suam inutilē dījudicāt: retrouersi, quid re⁹ sit, sciscitant̄: Audiūt regē sub instantē noctem, nauigationis petteſum, in posterā lucē rem dis-
tulisse: Pontifices cum proceribus, rei iridignitate permoti, ad regiā pre-
toriāq; nauim, ex cōdicto conueniūt: Mutuis in se defixis luminib⁹, silentes, regem circumstūt̄. Rex motus rei nouitate, q̄ iniuissi aderāt, quid re⁹ sit percūcta: Ibi fidentior intet episcopos, regis mutationē uerbis liberio ribus detestatur, gerēdā rei occasionē amissam: posse tempestatē de pro-
ximo interuenire. Rex irā colligit, sed tēperat: modesti⁹ secū agendū in-
nuat: & penie res ad iurgia peruenit. Postea nocte, tēpestas incubuit qua-
triduo perdurās. Tum rex, monitoris secum uerba pertractans, equiorem sumpli animū, in eos qui perturbauere: obseruari, nec negligendā edicit, proximā nauigandi oportunitatē: nec iterū sine fructu, ut sepe, dilapsurā: Qua prestita, cursus mare tentauit: Quandiu aut̄ sub pretentu terre trā-
seunt, tranquilla satis est uisa nauigatio. At ubi relicto a tergo littore, ma-
re inuadūt apertum, ibi uero experta uis tempestatis, multar̄ latera nauū

Wādali agri
cultura omis-
sa p̄edabāt.

Wādali fos-
sis rem oēm
abdunt.

Wādali Da-
nisq; uolu-
peate cōfli-
gunt.

Waldemar⁹
rex in Wan-
dalos.

Classis ccix.
nauium.

Rex i portū
rehabitur.

Pontifices &
proceres ad
regem.

Tempesta
valida.

LIBRI V. CA. XVIII: ET XVIII.

quassata laxant: rex non sine periculo pretoriā deserens, in aliā cum signis se trāffert. Maior pars ea difficultate, cōcussa: pādit uela ac retro cursum legit, magno remigij labore, maiore omniū piculo, sub hosticā terrā perueniūt: Sexaginta uix naues ex omni classe remāserunt: Pecora per cāpos littorē innocua incōpertā eorū ad nauigationē prodebant. Rex in terram egressus cōciliū aduocat: quo ordine res gerātur intendit. Erāt, qui perspēta insigni paucitate, retro legendū iter, astruerent: quādo & cōmeatus deessent, & insignis pugnatorē paucitas, ipsis sibi exitio, hosti ludibrio futura uideretur, prosperā, secūdo ad redditum uento, nauigationē in oculis haberi. Alīj uastāda littora, p̄edam agendā cōmemorabāt: Regi neutra placuit sentētia: crimē glorie suę semper affuturū, ut cederet hostibus: q̄ nulla unq̄ memoria, prodidisset, Danorē regē, terga Wandalis ostēdisse. Itaq̄ explicato agimine, equites, peditesq̄ armari iubet: custodes etiā nauium cohortes deputat, sub p̄fecto: uicinas Rugiæ insulas, tam insperato inuadit: ut incole, productis de fenestra capitib⁹, loci dños aduētare rati: Casimarus ne, an Buggisslaus sit, rogēt, qui uenerit: Sed missa in aduersos tela, declarāt hostem. Itaq̄ predā agentes opimā, Dani ad naues reducūt: Interea hostes adesse regem sentiētes, classem perarmant, egressurū intercepturi: Viderāt enim uires. Classi Danice p̄fēctus tutādē, cohortē in paucas naues impositā, hostibus opponit, leuicq̄ p̄flio fatigatos, abire cogit: Iterū iterūq̄ incurrētes fugat, longiusq̄ insequereſ: nīl, quod acciderat, animo uoluisseſ, regē littori cum p̄eda propinquare. Miraſ rex classem suā sine custode inanitā: sed uidet e profundo, cum paucis ad nauigare p̄fēctū. Itaq̄ onustē naues p̄eda, parant abitū. Sed adsunt maiori nauium suarē numero hostes: nec diu cūctati, adorunt Daniſ. Ibi rem relatu pudēdā, Danic⁹ scriptor, cū rubore cōmemorat. Nam magna pars nauium Danicarē, ad cōspectū tantē multitudinis uela pandūt ad fugā, deserito in periculis rege suo, nec respiciūt: Ibi neq̄ increpatio regis, neq̄ insultatio hostium, homines leporino corde potuit auertere a fuga. Rex solis septem nauib⁹, inter tam multa hostiū nauigia relictus, quod necesse fuit, suos uiriliter hortatur, inclamat, laudat: cuius maiestatis reuerentia, insignem Danici militis paucitatē, inter multas hostiū naues, fecit clarescere: Vna enim & p̄aeliū agunt, & fugam parant: Aspirantibus uentis, fortis, sed parua multitudinis hostilis respectu man⁹, periculum uiribus exēmit: Ingenti p̄eda, sed maiori fortitudinis gloria, hostiles impetus euadunt, regem incolumem reducunt: Libuit ea duorum diuersē gentis testimonia conferre: nunc redeamus in ordinem.

CA. XVIII.

Vm ergo quod dicere ccepimus incitati Wādali a duce grassare cōtur in Daniā, rex perspecta calamitate gentis suę, misit oratores ad Henricū ducem Leonē, postulans locum familiaris inuicem colloquiū ad Eydorā. Non recusans ille uenit: & occurrit ei rex, & habitis hincinde, pro cuiusq̄ dignitate colloquijs, in eum exitu res peruenit: ut ex foedere prisco, rex, & obsidū & p̄edē dimidium, ex Rugianis, duci permittat: & ex tributo gentis: & ad singula quę dux iudicauit exigēda,

Rex in terrā
e nauis.

Rex contra
concilium
sentit.

Inuadit insu-
las Wādalorē.

Naves p̄ae-
da onustæ.

Rex deserit
p̄ suos in pe-
riculo.

Dani una
p̄giantur
fugiunt.

Colloquunt
rex & Dux.

Rex illi cessit; & renouata sunt inter illos foedera: & iussi sunt Wādali duci parētes cōquiescere. Hi enim grauissimi fuere, qui Danis eo tēpore immi nebāt. Nam Rugiani cōquieuere, fessi bello Danico. Missi sunt aut̄ utriusq̄ principis nuncij, ut cognoscāt, & cōstituāt equo iure tributa duob;. Sed & affinitatē mutuā, uilum est inire principibus. Nam Henricus filiā suam, relicta Conradi, nobilissimi principis, qui patrē habebat Conradū Imperatōrem: cum ille sub Imperatore Friderico, in nouissima expeditione Italica defecisset, uxorē dabat Kanuto, filio regis: quod factū exhilarauit uniuersos, facta pace, per mare, per terras: & mutatum est gelidum frigus aquilonis, in leues flat⁹ austri: & cessauit marina uexatio: & detumuerūt procelle tempestatū: & pacata est uia trāseuntibus a Dania in Wandaliā: & ambulauerunt mulieres & paruuli per eam, eo q̄ summota sunt offendicula, & defecerūt predones a uia. Pribisla⁹ quoq̄ Obotitor⁹ princeps deposita diuturna rebellionis pertinacia, sciens, quia non expedit calcitra re aduersus stimulū, sedit quietus & cōtentus funculo permisse ditionis, & edificauit urbes Magnopolim, Ilow, & Rostockiū, & collocauit in terminis eorū populos Wādalor⁹. Et quia Wādalor⁹ latrūculi inquietabāt habitatores Zwerini, & in terminis eius, Guncelinus p̄fectus, uir fortis & duci fidissimus, mādauit suis: ut quoſcūq̄ inuenissent Wādalor⁹, incedentes cum armis, quibus non esset euidentis ratio, captos statim necarent suspendio: & cohibiti sunt utcūq̄, a furtis, & latrocinijs. Erāt per idē tempus, & alii per terrā Obotitor⁹ nobiles, principū genere editi, de quibus suo loco supra attigimus, & infra ubi opus euenerit, non preteribimus: ut successionem principum ostendamus. CA. XX.

Principes in
uincit affinita
tem.

Pacata uia a
Dania i Wandaliā.

Guncelin⁹ du
ci fidissim⁹.

Gemin⁹ ex
peditiones an
no uno.

Expedition in
urbē Arcona

Fortis dimi
catio.

Vita faciebat Waldemarus rex, & Hēric⁹ dux a terra, priusq̄ mit terent Wandalos sub leges Christi; Sepe anno uno rex geminas in littora Wādalię fecit expeditiones, uere, & autūno, nec requiebat. Omnipotens pertinaciores erant Rugiani: sepe uicti, sepe rebellates; donec superatis urbib⁹, plenā (qd dixim⁹) fecerāt ditionē, traditis de pace obsidibus. Sed non est iniucundū, cernere memorati regis in littora Wādalię assiduū labore, & infatigabilem animū: Priusq̄ frena illis imponeret, post eam, quam proxime diximus, uernā regis, sed infructuosam expeditionē; inde tamē auctiori spe, per eiusdem anni autumū, classem reparat, & secūdos nactus uentos, in urbem Arcona, & cōfinia eius, milites exposuit: Populabundus per cōtinētē ingreditur: Inexpectatus hostiū aduentus, imparatā reperit apud hostes militiā: Oritur cōdensa nebula, ut in longinquū cerni non possit: Verum ubi hostibus, regis aduētus innotuit, arma corripūt, exercitū contrahūt, Danis occurrūt: non ante cōspicientes, quo sunt loco castrametati Dani, q̄ ante eos in nebula cōstitiſſent. Strepitu primū festinātiū ad arma proditi: inde paulum circa metidiē serenatō aere, sub oculis aduersi exercit⁹, certiores effecti: Nō erat alia uia, nisi per hostes, his, aut illis. Nam retrocedere: id uero pudēdū uisum: Itaq̄ arma, dispositis pro tempore aciebus, intentātur: Fortis dimicatio cōsurgit: Dani Wandalos, illi Danos repellere adnūtūt; multi inuicem cadūt; uaria

ac dubia diu uiolat uictoria. Tandem Danoru parti inclinat: Cedut Wan
dali, uicino uado multi immeguntur. Nauabat utrinq fortis uiri ope
ram, sed tum res Danis cessit. Itaq preda onustus rex, quia bruma immi
nebat, reuersus est in regnum.

C A. XXI.

Dani uincit

Nno proximo, cum rex in Rugianos expeditionē renouaret, in
a staurata classe Wādali, ex suis proceribus uirū delegere, ingenio
& eloquio prestantem: qui pacē ex rege peteret, quib⁹ posset cō
ditionibus. Enauigat in Daniā: Vnū ex pōtificibus, quem regi magis no
uerat intimū adit: mediatorē illū cōponendę pacis fieri depositit. Ille Wā
dalor⁹ oratorē eo p̄ducit, ubi rex classem iubebat expediri, terrendū appa
ratu. Ibi uir gnar⁹, murmura Iutar⁹ in regē accipit, alimēta sibi deesse que
rentiū: q̄uis illis rex subsidia cōmeatum, ex alijs Danie insulis polliceret.
Animat tum Wādalus ex eo murmure: ut equeas pacis cōditiones, quas
ante non audebat, exposceret: cum initio leges pacis, cum plurimo suę gē
tis deterimēto, non recusasset. Interrogat⁹ si rex foederib⁹ annueret quib⁹
modis de parte Wādalor⁹ firmaren̄: respōdit: lapidē se in mare iacturū:
qd Wādalis iētu foederis loco esset, arbitrātibus foederis uiolatore ita pe
riturū. Sed pōtifex is, quem pacis sequestrū ille delegisset, obsides dādos
asseruit: Sic enim Danis a Wādalis, priorib⁹ semper annis esse cautū: non
modo obsides, sed etiā classis supplemēta, & pecuniā instaurādis nauibus
dari cōsuesset. Ille refert, tempor⁹ esse rationē habēdā: Si hoc in retroactis
sit aliquā obseruatū, nunc esse aliā rerum faciē: uastatā a sua gente Daniā
proximis annis, nunc satis accipere, si equeas a Wādalis pacis cōditiones
impetrarit. Indignat⁹ episcopus respōdit, que uidebarūt rebus & temporī
cōgrua: ceterū ad regem se cūcta perlaturū pollicet: Regi quidē superba
uisa Wādalor⁹ legatio: & ideo properādam expeditionē. Sed qm̄ horre
scens uentis mare, nauigationē interclusit, maiotibus agēdū urib⁹ rex cē
set. Ergo Henricū Saxonię ducē inuitat ad colloquiū, & ad belli cōmu
nionē: ut iunctis uiribus, ille a mari, iste a cōtinenti terra inferat arma. Wā
dalis intercoepis: ut ita facilī indomite gēti iugū imponat, & tributorū,
& Christianę religionis. Cooperat iam ante Hēricus ex Wādalis magnā
Obotitor⁹, & Kissinor⁹ ditionē: Guncelinū ut, diximus, Zwerino prefe
cit, & Werlow iam arcē tenuit: unde facilis illi trāsit⁹ ad Rugianos uide
batur. Nam & Albertus Brādenburgensis marchio, suę ditionis uicinos
Wandalos effecerat. Iam rex cum classe aduect⁹ maritima populat: Dux
quoc⁹ a terra promouit exercitū: Sed quidā ex pabulatorib⁹, a Wādalis
intercipiunt̄: Struūt uicissim insidias, Saxones hostibus, & intercipiūt ex
Wādalis principē gentis, nobilem uirū patrē adulescētis: qui nuper odio
superstitutionis gētilis ad Danos cōfugerat: sed cum capi pater non pateret
oppressus est. Audita aut̄ patris nece adulescēs non aliud respondit: Dole
re se, q̄ in paganismo sacrilegus perijset.

C A. XXII.

Rex indicat
superbā lega
tionem.Danis mariti
ma Saxonię
mediterranea populat̄Dignū adu
lescētē rāfū.

Gitur per inutua expeditionis tempora, rex a duce cōuiua exci
pitur in castris: Splēdor & apparatus rege dignus instruit̄: In fa
mulatu, in epulis, in omni rerum ordine: Sua quisq deinde parte

LIBRI V. CA. XXII. ET XXIII.

Rostokiū in cenditur.

Miles cōdū
cur in nauis.

**Ignis suæ
sus colloquij
signum.**

Absolon c̄ps
agit de pace

**Expedição
Wādalos orf
entales.**

Saxōes uicto
res Demyn
subruūt.

Wolgastum
deseritum.

Nauib⁹ fit
pons.

hostilia populatur: Wādali se arcibus atq; pr̄sidijs continēt: Sua omnia
in iūijs paludib; condūt. Magno internūcioꝝ periculo principes redeūt
in colloquiū. Rex suo itinere uastās omnia, ad opidū, tum paruū, Rostoc
kium peruenit, idq; habitatoꝝ metu desertū incēdit: Inde populatis cīcū
omnibus ad mare cōtendit. Nunciatur classis Pomerana, cum Rugiana
ad nauigare: Rex a duce premoneſt: amnē linquat mare repetens, ne inter-
cludatur ab hostibus; quod rex cōſiliū putauit non cōtemnēdū. Sed tum
insidias cogitauit insidijs illudere. Cōpertum habuit militis sui in tertam
egressum expectare Wandalos: ut ea oportunitate classem exureret, atq;
expugnaret. Rex iubet milites cōdi in naues: paucos in littus egressos, ui-
cinas domos incēdere; arbitraturos Wādalos, omne Danorꝝ agmē expo-
litū terras populari. Sed neq; hostibus Wādalī defuit calliditas cīcūſpi-
ciendi: Nam omniū rerum facti certiores se continebant. Vires enim suas
utriq; exercitui, terra, mariq; impares, ut erāt, reputabāt. Igitur ad pacem
inclinātes eundem quem pridē in Dāniā misere oratōrē, submittunt, de
pace tractaturū. Is ignem in littore accēdit: Id erat signum, colloquiū de
pace petentis. Interdicīt Danis, ne in cuiusq; nauim excipiāt, ne pacis cupi-
dos arbitreſ Danos: Sua igitur naui aduehit: eundē quē prius pontificē,
Absolonē ſequestrū requirēs: Ille per cōtumeliā rememorat, insulas Da-
nię uastatas a Wādalī, reprobrans, quod ante ab illo fuerat obiectū in
Dāniā, cum eo legatione fungereſ. Respondit Wādalus: cuiq; temporī
ſuā esse orationē accommodādam: factā nunc rerū cōmutationē: ut Danis
inclinet uictoria. Si neglecta fuerit presens nunc de pace oblata conditio,
forte futurū alias, ut reiecte pœnitent exhibitionis. Hac uerborꝝ uicissitu-
dine cum multa inuicē iactata fuissent, Absolō pontifex, ſequestrū ſe facit
apud regē: cōuenitq; ut datis in ſcedera tum icta obsidibus, rex classem
reduceret. Sed hēc ad solos Rugianos pactio pertinebat. XXIII.

Aeterū orientales Wādali, nequaq̄ hostiles animo posuere qui-
bus edomandis rex foedera renouat cum Henrico duce Saxonū:
ut ille a terra, ipse a mari urgeat hostes. Adnauigat iterum classis
a. Henricus uero dux, nihil segnius a terra producit exercitū. Premi-
tum ille, qđ diximus, ex equitū alis nobiles quatuor comites. H̄i pre-
i castris metādis, dum incaute rem gerūt, cladē insignē accipiūt, duo-
oppressis. Quā rem ad hoc solum renouam⁹: ut Danici scriptoris te-
moniū, nostris annalibus conferamus. Accepta clade, Saxones tamen
cores, urbem Demyn subruūt incensam: ut solo equaretur. Cosconam
q̄ simili premūt desperatione, desertāq̄ iubent cōflagratione deleri:
m habitatores, cum omni suppellectili, se in proximas paludes condic-
e. A mari aut̄, rex Wolgastū opidum aggressurus, ut cetera, uacuum
erit, atq̄ desertū: Sed ille suo& imposito presidio, fecit cōmuniri. Cete-
populationib⁹ utrincq̄, rex a mari, dux a terra, non segniter institere:
necq̄ pugnē dabatur copia, necq̄ ab hostibus foedera peterentur. Pro-
fus tamē rex longius in flumen, exercitū ducis, nauibus ponte facto,
sposuit; opida mediterranea totis uiribus expugnaturus. Quod ubi

LIBRI V. CA. XXIII. ET XXIII.

Wandali cōpertū habuere, submissis oratorib⁹, de pace atq⁹ foederibus, agere coeperunt. Nam usq⁹ in illā diē nusq⁹ totis copijs in aciē pdierūt; sed leuib⁹ tñ prelijs cōfixerūt, ex insidijs. Pacis tum cōditiones hæ fuere: ut Wolgastū opidū oportuno littoris loco sitū, trifariā diuidere: & quib⁹ uellet rex pr̄sidijs teneret; pyratis Panis fluminis, adit⁹ negaret⁹: & ad ea obseruāda, tam regi, q̄ duci obsides darent⁹. Wandali obsides se duci dare pnegabāt, q̄ ille nup nobilē uirū W̄erslāū obsidē suspēdio necasset. Rex sine belli cōsorte se pacisci recusa bat. Perferri tñ ad ducē iubebat pacis fœdera, si forte pbaret: Ille regio deferēs honori, assensus est: dūmō in fœdere cōciperet, ducē, que bellī tēpore occupasset, iure bellī retēturū: qđ cum utrinq⁹ placuisset, reductis exercitib⁹ pax redditā est ceteris. XXIII.

F Ed diuturna esse non potuit, propter alternū immortale utriusq⁹ gētis odiū: cū Wandali principes Wolgasto pr̄sidiētes, Rugianos secū ex fœdere in urbe agētes, uexationib⁹ crebris, opidum deserere cōpellerēt: Nec minus Rugiani, nouarē rerē cupidi, in ducē Hēri cū respiciētes, Danis rebellare audēt. Quod ubi Danorē rex cōpertū habuit, classem reparat, Rigiā, aut in fide cōtinere, aut ad pr̄stina iuga tētat reducere. Angebat plurimū Christianū regē, non tam ditionis suę in eam gētē propagatio, q̄ idololatre gētis subuertēda religio: cupientē ad Christi iu ga reducere populū īādiū infidelē. Verna expeditio, solā uastationē effecit, puincie, Rugianis se intra mœnia tenētib⁹: nisi q̄ leuib⁹ prelijs fie bāt excusiones, & agrorē populationes: Renouata in autūnū classica expeditio, cum horrea omnia plena reperirent, ad Arcon opidū, legiones exposite: ipsi ciues, mutuata a uicinis militia, in improuisos se adoriri credētes erūpebāt, iusta Danis acie cōgressuri. Ibi multa fortū uirorē preclara facinora, utrinq⁹ sunt cōspecta: Sed dū opidani intra sua mœnia sunt repulsi, & rex populatione, puincie facta, incolumē exercitū, classemq⁹ spōlijs reduxit onustā. Interea dux Hēric⁹, pactis foederib⁹, iam sibi Wandalorē primores deuinxit, regēq⁹ Danię ad colloquiū euocat oportuno loco: Ibi dux quest⁹, q̄ rex sibi foederatos Wādalos, nō pri⁹ corā se questis one intētata sit aggressus bello. Rex aut nulli⁹ se respectu retinēdū respōdit, q̄ minus hostes suos bello laceßeret. Ita exasperatis utrinq⁹ sermonibus, colloquiū simul, cū fœdere dirēmerūt. Multe deinde nauales pugnauaria fuere fortuna inter partes. Sed erat ex Danis uir gnar⁹ lingue Wādalice, & inter proceres eorū paterna familiaritate notissimus: Hic ex cōsilio nōnullorē de regno p̄cerū, cīcūueniēde gētis audaciā presumit: Monit⁹ tñ ab illis, quos cōscios fecit, ne quib⁹ promissis Danię regnū oneraret: armis enim nō dolis Danos bella gerere cōsueſſe: Ille, p̄fectus ad Pomeranos principes: mirari se ait, quid prudētes uiri, Saxonū fidē Danice integritatē p̄tulerint: quorū alij fines eorū iam sibi subiēcerint, q̄tidie ditionē suā, cum Wādalorū deterimēto amplificātes: Dani aut finibus suis contēti, non nisi de p̄eda cum hostibus cōfigāt: si sapiāt, longe illis Danorū, q̄ Saxonum magis ambiēda fœdera. Mouit oratio principes uiros. Nam Henricus Zwerinū, Raceburgum, Werlam & omnē Obotitorū

Pacis cōditiones.

Dux deferē regi.

Rugiani res bellāt Danis

Piū p̄j regis p̄positum.

Arcon in Danos erūt p̄tunt.

Fœdus dñis mitur.

Vafri homi nis cōsiliū.

Mouet prin cipes uifer homo

LIBRI V. CA² XXV. ET XXVI.

terram tenuit a Wandalis. Itaq; nulla interposita mora, cum Saxonibus bella Wandali renouāt, arbitrati Danos sibi facile accessuros: Sed hac in parte ludificatos se compererunt.

CA. XXV.

Vm dux emissis ad regē oratoribus, Lubicensi, & Zwerinensi presulib⁹, filiā suam, quod diximus, regis filio despōdet, arbitratū foedera sic sanctū iri: uenitur ad collquiū apud Eydorā: Belum cōmuni cōsilio, & auxilio, Wandalis indicīt. Rex a mari Wolgastū oppugnat: Dux Demynū, iam reparatū obsidet: Sed qm̄ obsidionis longa in morā prospiciūt, populationi indulget: Wādalī uero uirib⁹ impares, utruncq; hostem ere placāt, & obsidibus. Hēricus interim dux, & in Saxonia, & in Bauaria, motus in se coact⁹ excipere, Wādalorū inde facta post-habuit: Pomeranię autē prīncipes, q; Rugianis popularib⁹ suis non bene uellent, propter cōtemptū, quem ea gens pro solita sibi superbia prīncipes ostēderat: Accessit zelus diuine religionis, q; memorati prīncipes ex patre Christiani, non equis oculis aspicerēt uanissimā gentis illius superstitionē. Iam Danię rex Waldemarus in animū induxerat, semel genti toties uictę, toties rebellanti, totis regni sui uiribus incumbere; ut sub iuga missos, Christo simul, & sibi parere cogeret: In quam rem iam propensos Pomeranię prīncipes bellī socios acciuit: Illi nō segnes incubuere, q; sperarēt, regē Christi honore, & suis tributis, cōtentū facile illis, pūnciā permisurū gubernandā. Hac interim fiducia pleni, non minori illi apparatu, a terris bellū instruūt, & omnē apparatū cōstituūt, q; rex a mari. Tum illa facta Arconę urbis expugnatio: Phani, simulacris, subuersio, deinde urbis Karētine deditio, & uanorum numinū exterminatio, & Christianę fidei in gentem propagatio: quā supra. XII. capitulo, ordinē sequuti temporū fecimus, nunc interpositis alterius authoris testimonij, in idipsum reuersi: Sic pacatis Rugię rebus, omnia Danis compacata uidebant. Sed neq; Pomerani, neq; Circipani, neq; Kissini satis quieuerent.

XXVI.

Bseruabāt omnes interim oportunitates rerū gerēdarū: Audierāt regē Waldemarū, totius regni celebrato cōuētu parētē suū Kanutū, missis ad hoc Romā nūcījs, in sanctorū numero asscriptū, pdētib⁹ miraculis curare, ut in arā, de tumulo trāsferāt filiūq; Kanutū corona donatū, secū regnare cōstituisse: Ita summa exultatione, omnia laudib⁹, & plausibus, per Daniā resonabāt: cum rex duorū medius, inde patris eternā gloriā, per gentes uulgarī, inde filij auctam cerneret in terris maiestatē. Wandali interim excurrebat ad p̄dām, quadraginta nauib⁹ egressi ad solitū questum. Norwagij regis oratores, eidem inerāt conuēti iam redeuntes a Danię quibusdā proceribus, honoris gratia deducuntur per aliquot milia. Es bernus is erat ex primoribus Danię, qui hospites deducebat. Ille iam rediens, apud Oldam insulā audit, regē suum iam arma renouare in Wandaliā: rogatiq; ab illo incole, si quas pyratarū naues conspexissent: quadraginta nuper uela in proximum se portum consultisse retulerunt: sed pyratarum an mercatorum fuerint, esse illis incomptum. Statuit ille sub noctē, profundo se credere, littora uitare, ut fal-

Bellū Wāda
lis indicīt.

Rugiani su
perbi.

Duces Pome
ranię bellī so
cij.

Karentinum
deditur.

Kanut⁹ rex
canonisatur.

XL. Wāda
rum naues.

Olda insula

T XXVI.

LIBRI V. CA. XXVI. ET XXVII.

Ieret forte ad predam excubantes. Proditus autem exorta luna a Wandalis incurritur: Hi enim in insidijs latuere: In proram progressus Esbernus, iubet armatos suos se circumstere, tglis hostem infestare: Diu utrinque pugnatur, Wandalis plurimum sanguinis, ab una naue haurientibus. Semel iterum, ac tertio repulsi, cum uirtute miraretur, rogat, quis nauis sit precepit: frustra inquit Esbernus, de prefecto sciscitatio, quando prede immovere non poteritis: Captiuorum apud Wandalois quispiam ex Danis, uocem agnouit loquentis: Esbernus ait ille capere non poteritis. Tum illi, partim pudore, partim furore inuesti pertinaciter insistunt, ut capiant: fortiter oppugnati, fortius se defendunt: donec absunta pene tæla uiderentur. Tum iubet Esbernus unum e suis accepto silice malum inscedere, incipit summitate, excusso igne ostentare flammarum. Wandali rati dari signum socijs nauibus absistunt: Sic inter multos pauci in patriam reuertuntur incolumes.

C A. XXVII.

Andaloru ergo bellum intermitti rex non passus, auct^o Rugiarum ex foedere classe, Zuinum fluuium ingreditur, duciturus in Iulum opidum, ea tempestate in Pomeranis præcipuum, quod duces inimico in se animo essent propter Rugiam, quod sperabant illis non permissem. Iam regia classis, per latum illum sinum, quem tres amnes, Panis, Zuinum, Diuinaw, collecti, ante exitum in mare cōficiunt: Peruenit ad cōfinia Iulini. Pons illic amni Zuing superpositus, opidum cōiungit aduersę ripe; hic nocte prima quieuere: Ante lucem Iulini ciues in cymbas suas coiere, hostib^z in lacu obuiā ituri: ut iter interciperet, nec Danis fiducia defuit illos excipere: Diu in flumine certat. Interim rex ponte ex parte demolitus, transitum classi facere cōstituit. Pugna & ibi cōserit: peruicit tñ Danorum instatia, ut classem deduceret: sepibus multis, que in flumine piscadi gratia cōstiterat demolitis. Peruenit ad uicinā Camini urbis insulā Cristoam: quā rex populari prohibuit, ut esset ibi iumentis pabulādi refugium: Dicit in urbē, quā oppugnare rex adortus, primū certamē in ponte cōserit: sed ea uidet pons imbecillitate, ut magis pugnantibus ab illo periculū esset, q ab hostibus. Quo perpenso, rex iussit receptui cani: & iam excursione facta in uicinas ripas, quicquid prede contrahi potuit, in naues cōgeritur. Rex iam de reditu cogitans, premisit, qui uadosa propinquai fluminis loca pertentarent: Infida enim erat ea peregrinis & ignotis uada. Ipse tamen non expectato exploratoris reditu, egrediendi audius, superuenit scrutati, secundum in syrtes atque periculosa loca coniecit, unde plurimo post labore uix eripe retur Verum quia Iulini opidi uicina erant prædia in ea excusiones facere anteabitum constituit. Absolon unus ex pontificibus noctu loca explorauit uadosa: & quibus exponi copiae poterant, fixis noctu stipitis bus, aut in nodum curuatis iuncis signabat. Orta autem luce, cum expeditis egressus, late populatur. Interim rex agmen, & totius robur exercitus in ordinem redigit, opidi illius oppugnationi instituturus: In quam operam egressos pridem equites iubet reuocari. Sub ipso autem reuocationis momento, Absolon pontifex Magnum Erici nobilis uiri filium cum

Præsum na
uale.

Excusatur
ignis i malo

Tres amnes

Certatur in
flumine.

Cristoam insi
la apud Ca
minum.

Prædagōger
tur in naues

Stipiti^b sic
signum.

LIBRI V. CA. • XXVIII. ET XXVIII.

90

Eps periturā
cohorte libe-
rat.

Mittitur pre-
da ad regē.

Hęrēt nau-
gia locis pa-
ludosis.

XL. naues
parmantur.

Victores uis-
tis similes.

Cōuitia in
epm.

Vir fortis
epm excusat

Multe uicto-
rię auspicij
epi.

Rex in per-
culo consul-
tat.

parte copiar; audit ab hostib; circūuentū, nisi succurra; statim perituru; Licet iam uir fortis pōtifex animū circūfert, quid cui preponat, regis Imperiū, aut socior; salutē posthabeat. Sed sumpto ex tēpore cōsilio, cōmili toni primū fert suppetias, & cohorti consulit, alioqui peritura; Itaq; aduo lās, socios eximit periculo; Magnus accōptē per illum salutis non imme mor, seruatorē suū publice uocat, secp; suūq; caput, semper pro illo uigila turū spōdet. Absolon uero, ut iustā in se indignationē regis temperet, magno ante se captiuor; pecorūq; grege in castra premisso, subsequit, regis oculos, re bene gesta, sibi cōciliās. Rex tñ leuiter increpitās, ad lat² suū, ut semper deuocat accubituru; XXVIII.

Epetita classe, aneps eius periculū erat educēdē, q; paludosis locis herentia nauigia, iam prēdis, & hominib; onusta, uix erat cō mouere; alijs effodiēdē harenē insistēdū, ut per fossata egredere; tur est uisum; sed infinit⁹, & frustrat⁹ labor, alijs est uisus: Eo cōfugiēdum duxere, ut subiectis teretib; lignis, tractu uiror; educerentur: Potuere sex Rugianor; nō magnē naues, illo ordine exportari. Interim Casimir⁹ dux iam hostē in casses coniectum reputās, quadraginta naues perarmauit, ad amnis ostia cōstituēda. Bugsla⁹ uero a terris imminēs, equitū, peditumq; copias ductabat, Iulinēses increpitās, q; per socordiā, non in aciē aggressi Danis se cōtulissent. Iam Dani h̄erebāt in uadis, utrincq; hostes perurge bāt. Misera rer; cōditio, uictores uictis similiores. Circūfusi Absolonem Iute cōuitijs incessebant, q; eo ductore in eas essent perducti angustias: e qbus, nīsi rex saluus educeret, perpetuū dedec⁹ Danico nomini oriret: Se uero uniuersos hostiū gladijs subiectos, certa in morte remāsuros: Solere reges rebus gerēdis illustres uiros preficere, & taliū ductu cuncta gerere: nunc sacror; pōtifices, arma tractantes, regē, & omnē nobilitatē, pariterq; omne nomē Danicū, in perpetuā ignominiā pduxisse. Has cōuītationes moleste, sed dissimulāter tulit uir prudēs, nil aliud respōdēs, q; esse, puiden tis uiri ea, ploqui, de quibus nihil eum dixisse p̄ceniteat. Superueniēs aut quidā uir fortis, & qui Absolonis fortia facta sēpe expert⁹ sensisset, primo quidem tumultu, quid ageretur accipere non potuit: Vbi uero cōuītia iaci in fortissimū ductorem animaduertit. Parcite inquit, cōmilitones, ui rum, qui patrię decus sēpe auxit, semper sustinuit, cōuitijs laceſſere: cuius ductu eo peruenit Danicum nomē, quo maiores nostri, ne respicere aude hant: cuius auspicij multe sunt peracte uictorię: Et quid est, q; foeminae ritu, ad eiulationē descendimus: Viri sumus, gladios tenemus, exercitum habemus incolumē: Si mare inuium est, per medios hostes equites reue hamur in patriam. Talib; aliquādiu monitis insistēs, magis obtrectantiū ora cohibuit, q; animos a trepidatione reuocauit. Interim Casimirus, per cōtumeliā & contemptū Danorū, tentoria figit in littore: Ibi aureis argē teisq; poculis bibit in oculis hostium. CA. XXVIII.

Ex tali deprehensus discriminē, atq; periculo, proceres conuocat percontaturq; quo sit opus facto. Diu silētiū fuit. Iubet, ploqui quēq; quid sentiant. Tum unus præ cæteris, Pueros, inquit, tibi

LIBRI V. CA. XXVIII. ET XXX.

rex in cōsiliū adhibēdos censemus: quorū ductu, ingressus in eas difficultates expliceris. Sentiens sibi Absolonis familiaritatē obiectari; non esse, inquit, rex boni moris: ut in cōcilio conuicjjs se uiri boni lacestant: dicere quenq; par esse, quid in cōmuni periculo pro omniū salute, sit ineundum. Tum Absolone intuitus: quid uideaſ ex re esse percūctatur? Ille nihil morat: Cūcta tibi, inquit, in expedito esse rex, si per obtrectatores liceat, ediccam: Naves expositis iumentis, atq; gratiori armatura, exonerandas: tibi cum equitū manu in littus secedendū: Expedita remigij, ac loricatis, plena nauigia premittēda: ut sustentata primū hostilis classis incursione, ceteris nostrę classis nauibus exitus præparetur. Risu excœpere dicētem emuli, percūctates, si primus ipse esse uelit, qui nauī exeat loricata. Ego inquit, n̄i exequēdi presumere audaciā, cōsiliū tale inter hos proceres non uulgarē. Fit ratū, qđ ille cōcoperat. Rex expositis in cōtinētē iumētis, cōscēso equo, expeditā suorū manū in littus perducit. Tunc Casimir⁹ ante iactabūdus, se collectis tētorijs, festinato proripit: incq; naues se recœpit. Septē armanū apta loricatis nauigia, sequitur classis tota, iam onerib⁹ expedita: per trāsiens formidata uada. Ad primū conspectū egressorū de lacu nauigiorū, hostica classis retrocessit: non expectandā rata manū illorū, qđ ante irriserat. Iulinū deinde rex cum equitatu allabič. Bugslaus paulo ante de trepidatione, deq; timore, Iulinenses coarguēs, ipse fuga se proripit. pontē nuper effractū per trāsitū trañciēdo, equitatui reparat: ut interim expedita classis elabatur, uētū est ad ostia Zuine fluminis; ibiq; iumētis iterū in naues recœptis, ad maris principia, anchoras proīciūt, firmātes nauigia. Omniū anteriores fuere Esbern⁹, atq; Suno post Absolonē. XXX.

Interim Iulinensiū quidā eques, in littore obequitās, cum per interpretē Gutiscalcū nunciaret, suis ciuib; in animo esse, postero die missis oratorib⁹, fœdera pacis inire cum rege, & iam abitūrus, equū calcaribus urgeret per iactantiā; exiliens iumētum uehemētius qđ ille caueret, precipitē dedit equitē, tam graui lapsu, ut semianimis in arena uolueretur. Famuli effusum leuare conātes, Danorū prohibiti sunt tēlis. Interim scapha inuecti Absolonis ministri, illum in liburnicam dñi inferebāt, nihil sentientem. Interposita mora, cum ex graui lapsu, quasi profundo somno resipisceret, in proximos conuersus, ubi esset interrogabat. Diu erat anteq; pernosset, in hostili se nauī teneri. Interim rumor percrebit, expectare hostes, uenientes ab anteriore terre sinu Danos, ut exciperent in mari: magna & expedita classe paratos ad preliū. Iulinēsis ille, omnem esse uanum rumore, qui disseminaretur, qđsancte affuerabat: Compertū sibi esse, genti sue non superesse animū, manū cum Danis conserendi: Incq; eam rem multis cōmemoratis, temporī seruire & hostibus, a quibus capt⁹ teneretur, assentari credebatur. Sed tñ reorū exitus declarabat uera loquutum. Sic enim euenerat, ut nemo se illis ad preliū obiectaret in mare prodeūtib⁹, agmine ad pugnā instructo. Nā omni classe reducta, omnigenū rerū preda onusta, incolumē in patriā nauigationē, Dani tum uictores habuerūt. Erat ex eo agmine, qui reparandē ratis sue gratia post abeuntem

In cōcilijs ab
sunt cōuita.Cōciliū Ab
solonis ep̄i.Emuli ridē
cōciliū.Rex equum
cōscendit.Classis hosti
ca retrocedit.

zuina flumē

Equus sella
rem excutit.Excusus equo
resipiscere.Reducitur
classis in pa
triam.

LIBRI V. CA. XXX. ET XXXI.

91

Iulinū susti-
nuit regni
molem.

Pomerani &
Saxones bel-
lo socij.

Rex Rugla-
nos traxit in
auxilium.

Stetinū per
Danos oppu-
gnatur.

Offertur de-
dicio opidi.

Rex inclina-
deditio ut
sanguini par-
catur.

Accipetur
deditio.

classem in hostico remaneret, & rudib⁹ reparatis, post eam sine cuiusq⁹ in-
cursione nauigabat. Libet hac in parte interfari: Iulinū opidū regi quon-
dā Danor⁹ Zuenoni, ad tempora Ottonū Imperator⁹, regnati, sepe se op-
posuit: bello sustinēt regni molē: ter etiā regē prelio coepit: Nūc pau-
cis interpositis sēculis, ne in aciē prodire audet. Ea rerū est uicissitudo. Et
ipsa Danor⁹ natio, quę ante illa tempora terrori fuit Gallis, Germanis, &
omnib⁹ circūiacētib⁹, puincijs, nūc ab una Wādalia, tot bellis distinet, tot
laborib⁹ implicat. Vide rer⁹ mutationē mirabilē, sed nō nouā. **XXXI.**

Nterea Casimar⁹ & Bugslaus Pomeranor⁹ principes, sciētes Da-
nor⁹ regē non quieturū, Henrici Saxonū ducis ultro manum pe-
tūt, auxilio uenturā, aduersus regis potētiā. Ille, ut potestatis lug-
in eos ditionē acciperet, non cunctāter annuit. Rex non ignarus, triusq⁹
etiā iuncti hostis, arma, nihil ueritus, ultro iterū in Pomeranā classe, pcur-
rit puinciā: Rugiana uirtute, in auxiliū & supplementū, copiar⁹ & nauī
desumpta. Per Zuenū fluuiū, lacū illum magnū, inde per Oderā Stetinū
uscq⁹, uet⁹, & opulētū, in prouincia opidū peruererūt: cui preerat Wersla⁹,
principibus terre memoratis sauguine cōiunctissimus: sed qui imperio ab
illis seposito, suę ditioni preerat. Superstitionē ille patrię ueterē uehemen-
ter auersatus, sacram Christi religionē, omni uoto expetebat: qđ in se fuit,
religiosos, & bonos uiros, exquisito cultu prosequut⁹: Iam fidei nostre &
ille rudimēta pcooperat, ab Ottone Bābergēsi episcopo: Vrbē illam pres-
dio tenebat. Rex urbi oppugnādē institit: Est aut̄ opidū, ab imo decurre-
tis Odere, in aduersum clivū erectū, uallis ac mœnibus roboratū: ut eius
captio perqđ difficilis uideatur: Sed tñ uirtuti nihil imperiū rati Dani, op-
pugnationē intentauere, coronaq⁹ cinctū infestabāt. Vallū fossionib⁹ im-
petitur, ut per cuniculos properet expugnatio: penetratū est sub mœnia:
illi à telis, iam immunes, qđ in lō ginquū, & indirectū, illa mitteren̄ hostes
infestauere: Fessis recentes alij subiere. Quid multa: defatigati ciues pre-
fectū orauere: ut ad hostes descendēs ditionē impetraret: Cui⁹ mentio
apud milites fieri non potuit, inhiātes urbi capiēdē, ut eam diriperet, uolē-
tib⁹ ergo qui int⁹ laborauere, ac pmittētib⁹ qui foris oppugnauerūt Wer-
slaus per funē muro demittit, ut regē petat, ditionē oblatur⁹. Quā ille
legationē libenter audiebat: ut sanguini parcere in reliquū fundēdo. Cū
aut̄ esset auditū in exercitu, ditionē accipi a rege, cū offerret ab hoste,
languidi⁹ institere oppugnationi: nam direptioni, quam sperabāt, per eam
occasionē loc⁹ non erat. Ita factū est, ut magnoz sibi labor⁹, minimū pro-
spiciētes fructū, segnius pugnarent. Rex ubi aduertit, ob eam rem milites
tardi⁹, frigidiusq⁹, pugnare: murū obequitat, hortat⁹ milites, ut urbē an-
titent capere. Sed tum illi, cum maxime cōtenderet, uidentes urbē captu-
non facile, intermisere murmura. Tum rex admissō præfecto, ditionē
accipit: cognitac⁹ uiri uirtute, urbē illi sub Danor⁹ imperio regēdā pmi-
fit, segregatā ab reliquo Wādalię principatu. **XXXII.**

Mminebat iam tempus allecum, sub Rugia capiendore: quę nūc
a multis annis ad littora Scanie contingit: & ne alimētorū defe-

LIBRI V. CA. XXXII. ET XXXIII.

Etio publicorū regioni incideret, intermitte dam rex expeditionē putauit: attribuitq; eam sub Rugia gubernandā, Kanuto Pribislai, qui e Wanda lia ad regem dudū profugerat, filio. Ille operā recusans, causatus est, non tanti esse, quod in Dania ab rege teneret, tenues Lalandie fines: ut pro his capitīs discrimē subiret, pugnatur² assiduo, in cōgētiles suos: Ad pōtifices quorū cōsilio, & nutu, cūcta gererentur, ille deriuahat onerosum ministe riū: Rex, non equo ferens animo, imperij detrectationē: Pauca, inquit, fateor hactenus acccepisti, quia nec maiora meruisti: & qm̄ Asolonis sibi obiectā familiaritatē iterū reputabat: illū rex percūctatur, si tutādē prouincie operā sibi uelit desumere: Nihil morat² ille respondit: Quicqd per pōtificē possit exerceri, horū se nihil pro publicis cōmodis recusare: Addide re se tanto labori socios, etiā spōtaneos, Esbernus frater, Torbern², ac Peterus Torstani fili²: quibus accessit Zueno Arusiēsis pōtifex, cum aliquātis Iutis. Rex omnib² collaudatis, gratias habet Absoloni, q; non grauate subiret, ab alijs recusat², puinciā, q; singulari tam sibi deuinxiſſet ciues suos animo: ut nulla in re pontificē suum putarēt deserendū, in regnū revertitur. Cum interim Ticislaus Rugie princeps (tum uero sui regē illum dixere) cum germano fratre, magnā Danis cōmeatuū importari iussit copiā. Sed cum Iutē, aliquāto se insolētius ad rapinā pararēt, oblata etiā spōtē prēripiētes: eo iussit Absolō Rugianos obsequio abstinere, de solis alieciib², recēs captis, quantū diurnis usib² satis esset, iussit inferri. Iam euīato incursionis, ut sperabāt, periculo, Rugiani redire in sua disponebāt, nauigātes, & tñ Iutare uix manus euasere, populi infrenis, & qui sacrorū antistitem, in armis ducem, comtempserē. XXXIII.

Mpleto ad qd stabat Dani ministerio, cum euīato Pomerano rū incursu, in regnū redirēt, nauigarētq;: Iutē sub littore Fionie, pyratas se longe fortiores, cōspicati, relictis nauibus in predā, terras fuga petiere. Hostes, direptis nauibus, cōfractisq; abierte. Absoloni triste nunciū defertur, socios Iutas nauib² exutos. Ad nauigat, uidet laceras reliquias: Scrutatur nota pyratarū receptacula, & nemine reperto, parat abire. Cunq; expeditissimo ad cursum uteretur nauigio, lōge prēuolauit, & iam de uicino littore hominē cōspicatur, pāno sublato, signū edere postulati colloquiū. Rem magnā esse ratus Absolō demittit anchorā, cimbā concēdit: ubi propius uenit, agniti hominis fidē dānat, q; accepta nuper pecunia, hostiles conatus, quos primos ille facere cōsueuerat, non prodidisset; sed ille purgationē afferebat, pyratas tum abiisse, priusq; ille fidem, interposita pollicitatione, dedisset. Tum rogit pontificē, quo proficiscat²: Vbi domū petere audiuit: Iam, inquit, expeditio erat ineunda, cum tu desponere conaris: nam magna paratur classis ab hostibus Wandalis, quem locū petitura, necdum cōperi: sed cōperturū se breui promittit: & ex fide renunciaturū. Quo loco pontificē requirere ueniat sciscitatur: Constituit illi insulę Monę promōtoriū: Diem edicere iubetur, quo illic se uidēdum iterū prebeat: Sextū polliceſt: & hoc dicens abiit, e cōspectu factus, anteq; Danorū socię naues propinquarent; ueritus est enim, ne a multis agnitus,

Tenues La-
ladię fines.

Socię laboris

Ticisla² Rus-
gie princepsIutę infrenis
populus.Iutę fugiūt
pyratas.Edicere signū
pāno subla-
to.

Insula Monę

LIBRI V. CA. XXXIII. XXXIII. ET XXXV.

proditusq; patrię poenas daret. Aduētātib; socijs Absolō exponit, compertū sibi esse proximā uenire hostile Wandalorū classem: nunc optionē illis esse, mari ne uelint, aucta classe, aut expositis equis, terra configere: aut si neutrū probēt: incolas regionis, a mari, in mediterranea iubeat cōmigrare, ne hostibus p̄dē sint. Certe iumenta in terram exponere perq; difficile, & incerti uidebatur exitus, si hostes in terram non elicerent: Incolas emigrare miserū. Statuunt ut domū quisq; repetens, aucta classe, com meatibusq; adductis naualem pugnā p̄stolentur. XXXIII.

Incolas emigrare miserū

Absolō eps cōdolet rusti cis.

Speculator hostib; pro pensus.

Absolon in fœstat Wan dalorū nouif simos.

Vna nocte plurimum glaciei.

Rex & dux colloquuntur

Am bruma appetebat, nec minus tamē ad expectatū hostē exire maturabāt. Exortū est autē tantū subito gelu, ut crustatis in glaciem glebis madētibus, plaufra figerētur immobilia: sed agricōle cōmeat in naues portaturi, onustis iumentis, plaufra relinquere cogebantur. Prēterīēs Absolon equo uectus, miseratus est labore agrestium. Illi se solantur, leuius id esse censemtes, q; ad p̄dā exponi incursantibus pyratis. Tum ad Monam, cōstituto die se reccēpit: Hic, quem miserat reuersum, se cernit expectare: qui omnia reportans hostiū consilia denudabat. Cunq; Wādali longius morati, non apparerēt, classis Danica portū delegit, duabus speculatorijs, quarū altera Zelandēsis, altera Falstrēsis, Cōmuni tamē omniū periculo perarmatos. Qui Falstrēsem gubernabat, uir eius regionis primarius, & qui hostibus q; ciuib; propensior a nonnullis putaretur, demoratur, quoad Danorū omnia cōsilia hostibus secreto demādet. Ita unius hominis perfidia bene gerendē rei, adempta est occasio. Igitur cum intellexissent Wādali, Danicā classem in expedito esse, demorarij aduētum suum: sinum, qui uiridis dicitur, solum attigere: editoq; in littore signo, cum sublimē ibi crucifixi Dñi statuā euertissent, abidere: Sed neq; tam cito moliri fugā poterāt, quin Danica classis, iam cōperto eorū gressu, protinus adnauigaret. Primo mane soliti educere Wādali, celerijs sibi fuga consulere, tum Absolonē non fefellerūt: Quippe superuenit absuntibus, infestauitq; nouissimos, nec destitisset persequi, nisi exorta tempestas tantū utrinq; creasset laboris, ut alternis obliuiscerent. Intēti quicq; proprijs periculis, egre luctātes Dani in portū redierūt. Wādali tēpestate disiecti, pro magna parte perierūt, testificātibus crebris nauium fragmētis: que per littora uisebātur. Jarimarus Rugianus, duabus ex ea classe nauibus captis, alterā dono misit Absoloni. Sacra erat diui Nicolai festiuitas, cum interposita nocte, tantū in portu glaciei cōcreuerat: ut nō nisi magnō labore educeretur: una semper prēvia nauī, & ea sepe mutata, q; glacies in ferri modum, tabulata nauium discinderet. CA. XXXV.

Estate proxima, cum iam annus ageretur Christianus salutis, post mille ac centū septuagesimus, colloquiū fuit inter regē Danorū Waldemarū, ducemq; Saxonie Henricū Leonē, de rebus Wandalorū, ad Eydorā fluuiū. Christopher⁹ regis naturalis fili⁹, Sleswici p̄fectus (nostr⁹ ducē uocāt) solis tum suę prefecture uiribus Brānesios (Sic enim uocāt Dani Wagrios Aldenburgēses) infestos habuit: que prouincia, iam Holsatis parebat; paucis in ea Wandalis antiquis, pyraticæ quæ-

LIBRI V. CA. XXXV. ET XXXVI.

Istibus necdū posthabitis, in mari permultū nautigantibus. Absoloni prōvīncia datur: ut iunctis cum Christophero copijs, in eam ducat regionē. Audiebat autē Wandalos iam p̄edatum exisse in Daniā: sequi properat, quo illi diuerterat. Exeūtibus Danis, iungit se Eschillus p̄otifex regionis maximus, hoc est, metropolitanus Lūdie, promissa barba, testificatus peregrinationē longinquā de terra sancta. Is Absoloni mādat per fidum, ire se locum, quocūq; ille perget. Conuenit inter illos petere Lalandiā, quo & Rugiane septem naues subsidio uenere, forte Rugiani in portū se cōtulerat, quo hostilis manus latitabat. Aggressi hostiliter Wandali Rugianos, iam hostes, licet cōgentiles; abigūt in terrā: p̄edam partiūtur: duabus ex his nauib⁹, que promptiores uidebant, abductis. Sed quo mīn⁹ abducebant, ab his, qui Zeladēsiū nauib⁹ custodes inerat, deterrerat: Cum uero Wandali relinquere cogerentur, captas Rugianorū naues, perforatas mersere. Danica autē classis, cum euansceret ex oculis hostes, urbē Brannesiam, recto cursu ad nauigauit. Iam incole munitioni diffisi, que ex ueterib⁹ cōuulsionibus, nullę uel exiles erant, in ecclesiā quam extra uallum habebat, cōfugiētes, preciosiora quecūq; secum tulere. Cohibuit religio uiros Christianos, quo minus se sacrilegio cōtaminaret, q̄q; p̄eda per iniuriā pauperib⁹ detracta, etiam sacris in edibus, immunitatē non habere mereretur. Pontifices autē, qui rebus preerat, boni cōsulebat. Progressi autē cum exercitu, prouinciā uastabant, iam Holsatię comiti parentē: Wagriā dixere ueteres quam Dani Brannesia appellauere. Burna atq; Marcradus Holsatorū priores, quos Adolphus apud Demynū oriētis opidū oppressus, filio impuberi tutores reliquit, magna Wandalorū Saxonumq; manu collecta, obuiam ductabat Danis ubiq; digrassantibus. Illi conspecto hostili exercitu, legiones suas in ordinē deuocabat: Holsaticq; campis equitoribus demorati, excursionem hostium expectabant.

CA. XXXVI.

Xierat iam pridem manus non cōtemnēda Danorū, que ab Hol satis intercopta, ad internacionē fuisset deleta, nisi auxiliū illis forcis cohortes, in tempore attulissent. Riuus erat amborū agminū medius, uno meabilis uado, ad quem cunctis hērētibus, primus Absoloni equū adegit, trāsmisitq;. Sequuti equites expediti, socijs laboratibus tulerunt, suppetias. Sed is erat exit⁹ pugnē, ut necq; hac, necq; illa parte, magnopere uictores uiderentur: Nam Dani Holsatos cum auxiliarijs copijs sustinuerat, ne retro pelleret: Holsati Danos prohibuere, ne, quod cupiebat, progrederent: Sed abeūtibus in naues Danis, patriacq; repetentibus, inter auxilia Holsatorū, tum deliberatū est, de bello Danis inferēdo. Erat autē qui rem absente duce gerebat magnates Saxonum, Guncelinus Zweringi comes, & Bernhardus Raceburgensis: Hēric⁹ autē Leo dux, in superiorib⁹ agens Bauarię prouincijs, Henricū de Orlemude, uicariū pro se, tutorem dedit Adolpho paruulo. Inter ipsos uero, quos diximus, cum de inferendo bello ageretur, cōpertumq; esset, Danos equitatū plurimū ualere, nautiale bellum instituendū nōnulli putauerūt: q̄ in eo promptissimis Wandalis uteretur: Sed necq; hoc tutum uidebatur, Danis, nautico populo, in

Wandali p̄ae
datur in Da
nia.

Wandali in
Rugianos cō
gentiles.

Christiani a
sacrilegio ab
stinent.

Wagria &
Brannesia
idem.

Dani in Hol
satos.

Magnates
bello prefec-

Dani ualeat
equitatū, Wan
dali bello na
talis.

LIBRI V. CA. XXXVI. ET XXXVII.

LIBRI
93

mari cōfligere; q̄ si uiribus, quas nuper uix sustinuerāt, rex ipse, cum toti⁹
regni sui accederet robore, uix ipsi duci Henrico, si adesset, uidere sustinē
dus. Tum in Sleswicū ductandus uidebatur exercitus, ut Iutia euastaret,
quomodo superiorib⁹ s̄epe bellis factum esse meminerāt. Non est passus
Bernhardus Raceburgensis comes, q̄ regis beneficio, non parū terre in ea
regione possideret. Adiēcit aut̄ non facile esse Sleswici pulsare portas: quā
sexaginta armator⁹ milia, a rege Danor⁹ tutandam, imposita, tenuerunt.
Hēric⁹ quoq; qui tutorio nomine Holsatiā administrabat, nequaq; passus
est bellum genti, quę nihil pr̄ter pacem, & tempor⁹ tranquillitatē, quere-
ret inferre. Itaq; uictus socio⁹ sentētij Guncelinus, treugas per Sunonē
cōstituit ad redditū usq; ducis. Sed ne interim Danor⁹ animi torpescerēt,
assiduos hostes Wādalos Circipanos, bello tum rex petiuit. XXXVII.

Bernhardus
Raceburgen-
comes.

Fuit treugæ

Palus limosa
trālitur.

Rex militū
humeris pa-
ludē trālit.

Absolō prae-
datū ibat.

Miles fit re-
missior, ubi
de pace tra-
ctatur.

Pugnatur
sub mœnib⁹

Lasse inuectus illi gēti rex, cum copias exponeret, limosam nacl⁹
est paludē in cōspectu, superne quidem uiridi tectam cespite, cete-
rum oneris impatientē: desedit enim facilime: Sed uictrix domat
omnia uirtus. Equos post traxere preeuntes, armis nōnulli detractis, quo
onere leuarent, incessere. Sic quoq; coeno dimersi, iam iumentū, iam lessor
subsedit, iam ductorē suum equus calce protriuit, nunc iumento per iubas,
ne mergeretur eques inhesit: Miserū spectaculum, & labor infoelix. Raro
plus laboris in pugna extricatū, q̄ tum, in trāseunda palude. Rex ipse Da-
norū militū humeri s̄icūbens, non armis, necq; uestibus grauis trāsilijt. Iam
peruenerāt in solidam, stupētibus Wandalis, terram: Nam inuium
semper ab incolis hoc iter est habitū. Progressi uident opidum in lacu na-
uigabili, solo ponte aditū pr̄ebēte; sed illū pr̄fectus urbi Othmarus, sta-
gnāte in sublime, operuit unda: ut soli superne pali eminerent. Dani his
adminiculis, pontē alium superimponere aggressi, uimina multa conges-
sere; cum interim opidani, lignea de turri instantes operi, Danos protur-
bāt: sed obiectis clipeis, reiectisq; telis, labore indefessi imminebāt. Absol-
on interim, cum expeditis militib⁹, pr̄edatū exibat. Othmar⁹ urbi pr̄f-
etūs, uidēs opus crescere aduersus opidū, scapha traiecit ad regem, sup-
plicationes pacis intentās; sed illas ita temperabat cōditionib⁹, prout prospe-
ra, aut aduersa, suis in pugna uidit prouenire. Rex ubi tergiuersantē depre-
hendit, auersas habuit aures. Miles quoq; Danicus, ubi de pace agi cōpe-
rit, remissius, segniusq; pugnabat: & iam aspirāte in noctē uespera, cōpīt
rex ad preces Othmari aurē inclinare: ne cum rubore, aut obsidionē sol-
ueret, aut oppugnationē intermitteret. Reuersus cum pr̄eda Absolō, cum
de pace apud regem fieri uerbum intellexit, seuocat paulisper interpretē:
regiq; iubet seueriore interpretationē de uerbis Wandali obtēdere: ne ad
pacem inclinaret. Interim oppugnatoribus ipse accedit, hortatus, ut perse-
uerent. Erat tantus in militibus capiendi opidi feruor animi, ut armati tra-
narēt ad hostes; ponte nouo, pro multitudine pugnantū, in eo subsidēte.
Absolon cum paucis destituitur ipsis sub mœnibus: Qui nandi peritiam
habuere, se, suosq; extraxere de periculo. Iam sub mœnibus pugnabatur:
Falce demissa superne, Wandali Danor⁹ scuta, de turri lignea, retinaculis

LIBRI V. CA. XXXVIII. ET XXXVIII.

cessis, cadere fecerūt e ceruicibus. Sed non peruicit pertinax Danorū instā
tia, ut opidū caperetur. Incole quia scaphē nullē erant, dolījs se immisere
cum paruulis, & uxoribus, ut elaberent: sed facile retroacti, Danis uicto-
rib⁹, fuere ludibrio. Opido direpto atq; incensio, ad unū omnes trucidant
mares: Othmaro tanq; pacis legato, uix ipse rex pepercit: magis suę famæ,
q; illi⁹ cōsulēs merito qui non syncerā agebat legationē. **XXXVIII.**

Mares cōs
trucidātur.

Vx interea Saxonię Henricus, a Bauaria reuersus, ad Eydoram
d regi colloquuturus occurrit; sed iam indignatione iu regē cōcōe
pta, propter innouata per eius absentia, ponem trāsire, regēc⁹, at
prius, cōsueuerat honore prēuenire detrectauit. Rex dignatione huma-
nior, q; fastu sublimior illi occurrit. Nam dux euītauit, ne superiorē regē,
uerbo, aut nutu fateretur: Ibi inuicē expostulantes, quę acciderāt, rebusq;
colloquio, utcūq; firmatis, pacifice discessere. Absolon interea preternaui-
gans in Zelādia, littora calculis frequentia lapides in nauim iussit cōpor-
tari: nouo presidio, quod in Zelādia ad portū mercatorē erexerat, prospī
ciens. Nam tēlorū hoc genus tum non uile est habitū: Iacula uocant diui
Stephani: Inde, cum eo loci in balneis ageret, audiuit cuiusdā nauis, uelut
pyraticę, ab oriente ueniētis, inter socios fieri mētionem: Intermisso, ad qd
uenerat, lauādi studio, uestem iniūcit, tubicinē canere iubet: ut remiges tia
uigio, quod promptū stabat, in anchora aptaren̄. Duas e uestigio naues
perarmat. Ille uelo, in sua: alterius uero magister, remigis utebat. Pyrate
uenientē cōspicientes, uelo deiecto in obliquū, quo Absolonē uentus ire
non sineret, remigio flexere cursum: Sed ille inuictus, comes illos inseque-
unt: quo latus nauigij sui hosti obiectū, altius muri specie obtēderēt: Sed
expugnat, ex his nonnulli, ne caperent, mare insilierūt: alij prēcisiss capitib⁹
bus, capti interiere: quę interim figebātur in palos, ad nouum Absolonis
opidū, terrorē pyratis allatura. Interim uero Wādali memores uastitatis,
quam rex nuper intulit patrię, in Daniā crebris se incursionib⁹ uindicaue-
re. Rex uero Waldemarus, cum ceteris, tum recentis iniurij, futurus uīn-
dex, q; Wandali Pomerani nuper nauim intercepissent, quae regia mu-
nera ab eius socero missa portabat: misit tamen rex primum in eam nauim
cum rebus recuperandā ad principes Pomeranię oratore, qui prēter con-
temptum, & irrisione, nihil reportabat: hostilia omnia, illos sentire in Da-
nos, nihil pacati. Rex autē commonito primum duce Saxonię Hērico: ut
ex foedere concurrat: ipse totis regni sui uiribus, a mari, & dux a terra in-
cubuere. **C A. XXXVIII.**

Rex humani
or duce.

Iacula diui
Stephani.

Pyrate mar-
i insiliunt.

Orator regis
irridetur.

Iulinū opī
dū incēditur.

r Ex expedita iterū classe, Zuenum ingressus flutuū, ducibus Ru-
gianis, Iulinū opidum, non satis a pristinis cladibus respirans, ca-
ptuī, direptūq; incendit: ex quo die nunq; rediit ad pristinū flo-
rem: q; iam a Saxonibus nouę ciuitates in eo littore firmarēur: presertim
Lubica in solo Wandalico, magnis incrementis Wandalicę ueteres urbes
cœpit obscurare. Interim dux Demynū obsidēs, riuum, qui urbem fecit
inexpugnabilē, castris suis oppositū, cœpit aliorum deriuare: sed ea opera

LIBRI V. CA. XXXVIII. ET XL.

94

Vrbs incēdo
flagrat.

Cosconā cō
buritur.

Ductor spō
te errat.

Ductor om̄s
mergit se.
aquis.

Pec⁹ abigit.

Absolon pu
gnas elabif.

Wolgastum
ampliatur.

In cassum fuit. Quo enim extenuare molis munitio[n]e, inde magis firmauit. Igitur frustrato labore dux oppugnatione omisit: sed fortuna, quod hostis nō poterat peregit. Nam suapte incēdio undecūq[ue] coorto, urbs pene tota cōflagrauit. Henricus uero dux omisso Wandalico bello, ad alia properauit, q[uod] audisset Vdalricū Halberstadēsem episcopū, quē ipse propulisset, in suā redisse terrā: hostilia omnia in se cōmoliri. Fauebant episcopo principes Saxonie, Henrico auersi. Interim pactis apud Wandalos pro temporis cōditione reb⁹, eo se cōuertit. Dissimilis per idē tempus regis fortuna. Nam ille urbē Cosconā oppugnās, igne immisso, pene consumpsit. Incole dilapsi in uicinū nemus paludibus obsitū, omne pecus, & omnē suppellestilē eo deduxere. Captiuū quendā cum fratre, & cōiuge, ac liberis intercoptū, adegere, minis, pollicitationibusq[ue]: ut ad paludē, in qua incole delitescat, eos perducat. Promittit operā: fratrē illis pmittēs dum, nauigio illuc ituris. Rex agmē terrestre: agmē dicit Absolō fluiale: cuius ductor spōtaneo, ut cernebat, errore deflectēs, diu illos ludificauit. Cōperta tergiuersatione, gladio caput eius demetūt: ut uel sic ab errore redeat in uiā. Palus minorib⁹ tñ nauigij adiri potuit, quorū Absolō Zelādensiū manu p[re]dā omnē abegit, in uniuersum tñ exercitū partiēdā: quē res nō nihil illi apud suos peperit inuidie. Egressis paludē, quidam ex remigibus, iugulandū clamabat ducorē, qui illis pridē illusisset: & per risum collo eius funē coniecit. Ille uerū arbitrat⁹ suppliciū preuenire cōstītuit. Nam simulatione hauriēde aque, se aquis immersit: incertū, dolo, an metu. Semel ac iterū emersit, funē manu tenens. Nouissime tñ suffocatus apparuit. Tanta autē pecorū uis coacta est: ut pastore opera Dani indigeret. Nam tāta erat uastitas ab incendio, ut ne hirūdines domicilia reperiēt: sed in malis nauiū, antemnisq[ue] nidificaret. Inde rex ducis Saxonie colloquio iterū fruītur⁹, superiora cōscendit prouincię, amnib⁹ diuisus a duce. Caminū urbē petit, uicina depopulat⁹: tantūq[ue] pecoris abegit: ut duobus mēsib⁹ alimēta inde p[re]beret legionib⁹. Vbi intellexit rex abīsse dum, regressus Wolgastū est. Prefect⁹ inerat opido Zulister, qui extremā pontis parte desecta, hostib⁹ aditū curauit adimere: sed pertinax uirt⁹ nihil linquit intentatū. Nam manib⁹ sociorū Dani milites subleuati, adrepserūt nōnulli: In ipso pōte preliū cōserentes: ubi unius Absolonis armigeri, cōspicua pugna fuit: Interceptus ab hostib⁹ uidebat, tñ pugnans elabit⁹. Gladij sui lōgitudine impedit⁹ a cursu preceps labitur. Illico lāceis multis petiū sed meliore fortune, q[uod] suo clipeo tegit, genib⁹ nixus, crura petit proximorū, donec assurgens, a supueniētibus socijs iuuaret, rediretq[ue] ad suos incolmis. Seruata est tum urbs ne caperetur ab hostibus.

XL.

Olgastēses autē urbis sue angustias perosi, moenia prolatauere, deuolutacq[ue] saxa immisere fluētis, ut nauali obsidione premi non possent: quē res illis subsidio erat, & saluti, in pxima Danorū expeditione. Nam rex imperiū declinās Panim fluuiū, ad Zuenū nauigio cōtendit. Iulinū opidū superioribus expeditionib⁹ euastatū, nunc tamen denuo cōceptum habitari, cum illis munitio[n]ibus nōdum firmatū esset, ut

LIBRI V. CA. XL. ET XLI.

tolerādē obsidioni sufficeret: Ciues ad famā nouę ex Dania classis, popti-
lariter emigrātes, Caminū cōtēderūt: ibicq; firmatis sedib⁹, obsidionē tole-
rare cōstituerūt: Sed rex ad Osnā urbē cōtēdit, populationi poti⁹ agorę,
q̄ urbiū tardē obsidioni insistēs. Ostēdit tñ Osnę urbi apparatus obsidio-
nis: si forte ea re territi ciues, deditioṇis facerēt mentionē. Sed ciuib⁹ ea re
nihil motis, reduxit exercitū: aliā sequētis anni meditat⁹ expeditionē: Iam
enim rex ille in eam uenerat cōsuetudinē, ut annuā in Wandalos armaret
classem: uel q̄ illi ab excursionib⁹ solitis sibi nō tēperarēt: uel q̄ suos in re-
gno desidētes, ad tumultū, & ciuilia mala promptos intelligereret, externis
maluit bellis implicari. Quāta tēporę mutatio!: Erat ea natio Danorę ter-
rori aliquāt̄ uniuersis: Britāniā occupauit, Gallias expilauit, Germaniæ littō-
ra est popula, Phrisijs imperabat, Saxones aliquāt̄ ad iuga coegit: nūc ab
una gēte Wādalorę ita fatigāt̄, ut pares pene uires, & aliquāt̄ supiores ostē-
dere Wādaliam uideat̄. Nec mirū in Danis debet uideri, tātā esse mutatio-
nem: qñ in Grēcis, & Romanis eādē, si non maiore, cōspicim⁹ rerę cōuer-
sionē. Rex sedulus Wādaliam imminebat; sed necq; Wādalorū puigil cura
dormitabat, patrię iura tueri: assiduū Danis hostē agere; uet⁹ enim, & pe-
ne innatū erat odiū duarę mari dīemptarę nationū: cōmunis utricq; mare
palestra: primū de prēda, inde etiā de gloria certatiū. Et, si quid credimus
Helmoldo, uoluptati suae dabat̄ Wādali, Danis cōferre manus: Sed tñ ea
gētis ptinacia Wādalice hoc effecit, ut primū ad inopiā redactis omnib⁹,
deinde uastatis opidis, & exhaustis, cōsumptisq; terre cultorib⁹, p̄ crebra
bella alienigenis terra implereb̄: & ad Saxonū iura nouae ciuitates instru-
ctæ, ueteres desolate, antiquū Wādalorę nomē pene aboleuerit: & iti con-
temptū, ignominiamq; detorserint minores.

CA. XLI.

Onsentaneū est huic operi inserere memorabilia utriusq; ordinis
in hac Wādaliam nostra: Cum enim uaria fortuna maritimi Wan-
dali, præsertim oriētales, Danorę regi conflixtarēt: interim Wa-
gria, pars Wandalię occidua, sub Holsatorę gubernaculo debuit cōquies-
scere: furtim tñ maria tētauit. Terre aut̄ prefuit Hēricus de Orlemūde co-
mes, tutor Adolphi paruuli, sed cōtinuo per annos pro etate succrescētis.
Episcopatū tūc Lubicēsem post Geroldū german⁹ eius Cōradus admini-
strabat: diu extra ducis gratiā cum archiepiscopo Bremēsi agens: nouissi-
me tñ illi recōciliat⁹, lōgā cum illo peregrinationē terre sancte inīt: anno
LXXII, post cētūmille: in qua defecit, moriēs: tumulatus in Tyro. Cum
aut̄ dux feliciter in sua reuersus est, adeūt eum Lubicēses canonici, pasto-
rem eius nutu deposcētes. Sciscitat⁹ eorę inclinationē, audiuit quia Hēri-
cum sancti Egidij in Brunswico deposcerent abbatē, eiusdē peregrinatio-
nis comitē: incomparabili literatura virū, Brabātinū genere: qui insignis
eminebat in conspectu Constantinopolitani Imperatoris, & sui presentia
ducis: cum inter Grēcos, & Latinos, de processione spiritu sancti disputa-
ret: atq; obtineret etiā, Grēcorę testimonio doctoř, illū a patre filioq; p̄-
cedere. Diu deliberās dux, ait: Virū nobis cōmēdatissimū, & consilijs no-
stris oportunū depositis: cuius absentia de Brūswico non æque ferimus:

p. ij

Rex Danorę
i Osnā urbēAnnua Da-
norę classis i
Wandalos.Rerū uicissi-
tudo.Ver⁹ Danorę
& Wādalorę
odium.Ad Saxonū
iura WādaliCōrad⁹ Lu-
bicēn ep̄us
Tyri obiit.Latīn⁹ Grē-
cos disputan-
do uicit.

• tamē quia ecclesiæ uestræ profectū diligimus, si ipse annuat, permittimus.
 Profecti Brūswicū, in cōspectu fratrū sancti Egidij, astatib⁹ uicinorū abbatibus monasteriorē, atq; prepositis, literas electionis, & ducalis consensus, exhibuerūt: quib⁹ lectis, fratres quidē uarie affecti, patris prouectio-
 ni cōgratulati, suā defectionē cōplorabāt: ipsum intuebant̄, quid sentiret,
 quidue loquereſ. Ille ut erat singulari prudētia, defixo diu in terrā uultu,
 inde suspiciēs; magna est, inqt, fratres, patres, & dñi, ad qd me uocatis, ni-
 hil ego in me tāta uestra de me expectatione dignū agnosco: quale sit on-
 uideo, in Dñica uinea laboratib⁹ presidere: quia tñ non tam ad honorē q
 labore, non tam sublimiora q onerosiora deuocor, presumēs diuīne uolu-
 tatis in uobis operari beneplacitū: ecce pareo. Perduct⁹ est aut̄ Lubicā, &
 cōsecrat⁹ a Walone Halberstadēsi, Bernone Magnopolēsi, & Euermodo
 Racesburgēsi, episcopis. Humilitas nō extincta, sed in episcopatu est ad-
 aucta: nam cū multis a Dño predit⁹ fuerit donis spiritualibus, specialius tñ
 in eo effulgit sciētia literalis, cum facūdia sermonis: & cū his pleriq; euane
 scētes in cogitationibus suis, magis ad arrogatiā utant̄ q ad edificationē,
 ipse in eadē humilitate permāsit: semper deuot⁹ Deo, & gloriōsissime eius
 genitrici, in ieiunijs, uigilijs, abstinentijs, orationibusq; in eleemosynarē lar-
 gitate: in predicatione aut̄ diuinī uerbi ita singulari quadam prærogatiua
 fulgebat: ut nemo tam saxeū peſt⁹ haberet, qui non ad eius cordatissima
 uerba compūgneret, uel etiā ad lachrymas impellereſ: nam profundissima
 scripturarū ita planissimis uerbis exponendo dilucidabat, ut occultā eore
 similaginē de internis uiscerib⁹ eliciēs, omnes dulcissimo pane, uerbo Dei
 reficeret: ut gaudiū omni populo non modicū mellita eius faceret doctrinā.
 Translibat Turingiā, & in monasterio dñarē paſſatur⁹, accōpit hospitium.
 Ipsa meridie, cum in uesperū sequēs aduentaret, quandā ex dñabus,
 quæ post in abbatissam alterius est assumpta loci, meridiano sopore quie-
 uit, uidit per quietē in medio sororū episcopū, cui ille caneret: Vere fœlicē
 presulē, uerę fidei doctorē: & inter hæc astare quēdā ætate uenerabilē ui-
 rum, qui per fenestrā, unde sacra sumiſ cōmunio, dñabus loquēs, ait: Ac-
 cipite uenientē pōtificē, cui canticū solēne iam in uisione decantastis. Hæc
 uidit: & experrecta, cum sacrū nonarē officiū explereſ, narrauit sororibus
 uisionē: nec longū tēpus in medio, uenit, qui pro aduena pōtifice deposce-
 ret hospitiū. Recordat̄ uisionis, incūntanter annūt: postulātes, ut exhor-
 tationis uerbo illas adoriri dignareſ. Nihil ille moratus, incipit: Sicut li-
 lium inter spinas, sic amica mea inter filias: Multa de castitatis, multa de re-
 ligionis laude introducēs: que tali cōpunctione afficeret uniuersas, ut ue-
 re fœlicē presulē, uere fidei doctorē, qd una uiderat, omnes testificarent̄.
 Hic est ille, qui cum Hērico duce primū posuit lapidē maioris ecclesiæ Lu-
 bicēsis: que etiā nūc extat, in honorē sancti Iohānis Baptistæ, ac diui Ni-
 colai: nam illa uetus in arena, opus erat Geroldi. Henric⁹ aut̄ dux, & huic,
 & Raceburgēli ecclesijs instruēdis, aliquādiu instiit: sed inciderunt sta-
 tim tēpora, ut omissis ecclesijs, de urbibus, & arcibus cōmuniēdis, circū-
 spicere cogereſ; nam omnis illi tum Saxonia insurrexit. Sequuta sunt gra-

Electus in
epm facit
orationem.

Epī consecra-
tores.

Electi uirtu-
tes.

Monialis p
quietē uidit
epm uēturū

Narrat foro-
rib⁹ uisionē.

Fps & Hen-
ric⁹ dux po-
suerūt pri-
mū lapidē.

LIBRI V. CA. XL. ET XLII.

uiora tēpora, quib⁹ Ro. Impiū suis uirib⁹ in eū abutereſ. Prīmā quidē gra
uem tumultuationē placauit Imperator; altera uero durauit ad Imperatoris
mortē: Sed ea in Saxonia nostra legunt̄. Iste uero pōtifex in urbe Lubica
diui Benedicti sui ordinis erexit monasteriū uirorū: eo nimirū anno, quo
pax integrareſ inter sacerdotiū, & regnū, papā, & Imperatorē: hoc est post
millecētū. LXXVII. Proqz tenui rerū suarꝝ facultate, idē dotauit mona
steriū; ubi etiā sepult⁹, expectat nouissimā tubam.

XLII.

Vermodus Raceburgēsis pōtifex, eo etiā tempore uitā finiuit in
e terris, sed uiuit in Christo: quia religiosam uitā ducēs, in sanctita
te & iusticia, usqz in finē uitę pdurauit: tantę proculdubio apud
Deū, & homines estimationis, ut etiā per uiuētē, Deus uirtutes multas fa
ceret. Hēricus Raceburgensis comes captos tenebat Phrisios, multis ſepe
tormētis expositos; Interuenit pro eis episcop⁹, ut laxarent: nihil profecit.
Dies erat solēnis paschæ, cum captiuo in catenis ſub custodia aſtarēt in ec
clesia. Circuiēs pontifex, omnes fideles aquę infudit asperſione: uidens ca
ptiuos, miseratus in eos intēdit; & aspergēs catenā, dixit: Dñs ſoluit com
peditos: mox illa diſſiliit: illi ſilentes abierunt. In uitutis testimoniuū cate
na ſeruabaſ. In Thietmarsia magnus erat archipræſul Hartwicus: ſolēnia
miſſarꝝ peregit Euermodus. Accidit ſub diuino officio, ut homicidiū fie
ret: q̄ in celebri cōuentu populi, non inſolitū habet illa terra. Episcop⁹ in
ter miſſarꝝ ſolēnia populū de euāgelio erudiēs, inter alia de diuino præce
pto charitatis inſeruit: admonēs, ut qm̄ in oratione Dñica poſtulamus di
mitti nobis, quomō & nos dimittim⁹: Cōuersus in illū, ad quē occisi pro
xima p̄tinebat iniuria, orabat ut culpā dimitteret occifori: Vbi ille nō mo
uetur, deſcendit amboне pōtifex, & ſacris reliquijs in manu geſtatis, pro
cidit ad pedes eius, orās ueniā occifori. Ille per Deū, & quicqd eſt ſanctū
iurat, nūq̄ ſe diſiſſurū. Exurgit pōtifex, & cōtemnēti benedictionē, ala
pam duriffime inſlixit. Quis nō tum putauerit hominē insaniturū? Certe
manib⁹ ſtatim cōploſis, annuit episcopo: ueniā tribuit. Quod diuinitus fa
ctū, q̄s nō uidet: per alapā enim uir ſanct⁹ demonē, qui cor ei⁹ tenebat aſtri
ctū, effugauit. Successor illi in ecclesia illa Iſfridus, præpoſit⁹ in Ierichow
regulariū: non canonicoꝝ, ſed monachorꝝ ritu uiuens in prepoſitura, hoc
eſt, nulli ſeueritate uitę cedēs, nulla utę relaxatione: duriffime ſibi impa
bat: uir utiqz ſingularis, quē tñ & intestina, & foreſia mala p̄tētarūt: nam
qui ſub eo præpoſitū agebat, ad pōtificatū aspirās, multis malis uirū la
ceſſiuit: Et comes Bernhardus inqetū eſſe uoluit: q̄ Hērici ducis familia
ritatē nolleſ deferere. Depoſito q̄qz Hērico, cum Bernhard⁹ antea comes
de Anehold ad ducatū pueniſſet, hominiū ab episcopo depoſcebat. Poni
tifex reniſſus, aiebat: Hērico qdem qui omnia contulifſet ecclesijs, meritos
ſuo tēpore, uelut patrono, impēſos honores, longe aliorꝝ, eſſe alia rationē.
Tulit illi dux omnes ecclesię decimationes. Ille non intuebaſ. Homines ec
clesie uiuixit, & emunxit pecunia. Episcopus cauſam ecclesię Deo cōmen
danit: omnia ſuſtinēs, priuq̄ ecclesiæ nouam induceret ſeruitutem.

FINIT LIBER V,

p iiiij

Eps Lubicæ
monasteriū
erexit.

Euermodus
eps obiit.

Captiuſ in
catenis die
paschæ, & fir
miraculum.

Homicidiū
in ecclesia.

Temnēti be
nedictionē,
eps publice
dat alapam.

Eps recuſat
preſtare ho
magium.